HOMILIÆ

PER DIVERSOS AVTO-
res in Euangelia quæ diebus Dominicis
iuxta consuetudinem Ecclesiæ Romanæ
decantantur: postremo accuratissi-
me reuisæ : & cum pluribus
earũdem exẽplaribus
collatæ : Locis
quam pluri
bus resti
tutis.

Imperiali cum Priuilegio.

APVD INCLYTAM GRANATAM.

ANNO. M. D. XLV.

XANTHVS NEBRISSENSIS Aelij Antonij Nebrissensis filius pio Lectori.

HOmiliarũ lectio,cãdide Lector;quas ꝑxime,q̃ magis à vitijs repurgatas typis cõmitterem⁹,sũmâ curâ plegim⁹: magnã mihi ꝑbuit ansam admirãdi:qn & hoĩb⁹ aliqn succẽsẽdi,q opus hoc tãq̃ parũ latinum atq; humili,& nõ satis elimato stilo cõscriptũ calũniãtur.Quib⁹ ergo nõ tã sermonis hũilitatẽ,q̃ ipsã oĩnõ rei materiã displicere,dixerim: q dũ nucleĩ dulcedinẽ fastidiũt,corticis duriciẽ criminãtur.Primũ eñ,si verba ipsa cõsideres,nõ oĩni á linguæ latinæ castimonia abhorrere,inuenies:ꝑter pauca admodũ,q̃ nõ aliter afferri poterãt.Quid eñ mirũ si cũ noua religiõe,noua vocabula ab ethnicorũ vocib⁹ dissidẽtia,chr̃iani autores ab eorũ ritu alieni vsurparũt?Nã qd humilitatẽ rep̃hẽdũt,hoc nimirũ ipsum laudi poti⁹ dare deberẽt:qd rẽ tã sublimẽ,tã facili,& penẽ pedestri sermone declararint:qd á sermõe vulgari:integritate tñ & grauitate seruatâ,nõ recesserint.qd christianã humilitatẽ tã graphice retulerint.& demũ populariũ animos:poplãri q̃q; sermone docuerint.An verò nõ hæ conciones erant,& (vt ita dixerim) christianæ cõfabulatiões(id eñ sonat homilia)qs sacri illi Pont.grauissimiq; doctores corã populo habebãt?In qb⁹ quid,q̃so,aliud est:quã chr̃i doctrina:humili qdẽ (vt ipsi aiũt) sermõe cõscripta: sed hũilib⁹ tñ hoĩb⁹,vt pote chr̃ianis ꝑdicãda:sine fastu illo,atq; verborũ ampullis, qb⁹ inanes alioq res extẽdi,atq; ampliari solẽt.Quãq̃ mihi ipsi nõ tã hũili charactere defflẽ videtur: vt nõ subindẽ sentẽtiarũ grauitate,& victorũ acumine insurgãt,ac legentiũ aĩos mysterioꝶ declaratiõe delectẽt:veritatis dulcedĩe alliciãt,increpãdi vehemẽtia cõmoueãt.Certẽ cũ autorib⁹ suis dicerẽ,nõ sine magna audictiũ attẽtiõe,plausu atq; admiratiõe excipiebãtur.Quorũ aurib⁹ adeò placebãt,imo q̃rũ animis adeò imprimebãtur(qd res ipsa indicat) vt Demosthenis(credo)aut Ciceronis oĩone:nõ maiorẽ,aut delectãdi,aut ꝑsuadẽdi vim essent habituræ. Variæ sunt,& à varijs autorib⁹ selectæ.esto.sed aliæ alijs ꝑponãtur,ꝑut cuiq; sp̃us sc̃tus grãm est elargit⁹.sed in oĩb⁹ tñ vn⁹ est chr̃s,cui⁹ sermõ:qbusq̃q; v̄bis inclusis,nõ põt,aut nõ debet christianorũ oc̃lis nõ resplẽdere.Neq; v̄o sine causa effectũ est,vt nõ ab vno oĩa firmarẽtur,q̃ magis legẽtiũ animi ipsa varietate reficiãtur. Nã qs interim nõ admiretur Augustini doctrinam,& grauitatẽ? Origenis vehemẽtiã? Gregorij cãdorem? adde his:& Bedæ simplicitatẽ oĩni ex pte chr̃ianã? Deniq; si adeò morosi sũt,vt nõ nisi purissimã latini sermonis mundiciẽ,& nescio,q̃s graui hoĩe indignas delicias velint:cur alia admittũt?cur alia libẽter legũt,atq; in scholis lectitari patiũtur, neq; latiniora his,neq; vtiliora?imo in qb⁹ nihil ꝑter meras nugas inuenias.auriũ pruritui dũtaxat idoneas,linguæ indecoras, animo nõ parũ officiẽtes.Quare q hm̃oi cauillis,atq; ineptijs ab huius opis lectiõe chr̃ianos deterreat,is,aut parũ se chr̃ianũ esse,aut reb⁹ serijs malẽ deditũ,aut nimio plus delicatũ,fateatur,necesse est: vt q chr̃iano honori,atq; hoĩm vtilitati parũ consulit,& veritati nugas, & vtilibus iucunda ꝑponit.Bene vale,Lector optime, & christianam lectionem piẽ ama,& libenter lege.Granatæ.v.idus Decemb.Anno.XXXIIII.

¶ Segmentum ex euangelio Lucę capite .xxi. litera .E. quod canitur dominica prima aductus. Hoc prædixit Iesus anno eius .xxxiij. kal. Aprilis feria .iiij.



IN illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nā virtutes celorū mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus respicite. & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis, quoniam prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Coelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Et reliqua.

¶ Ficulneā nō ē̄ latine sed fic⁹. Cęlū et terrā transibunt: grece ē trāsibit. placet textus iste: necnō & sequētis euangeliorū eius dēq̄ fuffragio: tamen Lau. val. in adnotatiōib⁹ noui testamēti declarat interp̄tem in multis a forma greca deuiasse quę poterāt latinius repsentari: vt infra patebit in quibusdā: quę nos lectorū causa hic inserum⁹. sapictiā: vt aiunt: in viā ponentes. (apo. cap 4)

¶ Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione, habita ad populum in basilica beati Petri apostoli. Dominica secunda aduentus domini.



Ominus ac redemptor noster paratos nos inuenire desiderans, senescentem mundum, quæ mala sequantur denunciat, vt nos ab eius amore cōpescat, appropinquāte eius termino quantæ percussiones præueniant, innotescit, vt si deum metuere in tranquillitate nolumus, vicinum eius iudicium, vel percussiōibus attriti, timeamus. Huic enim lectioni sancti euangelij, quam modo vestra fraternitas audiuit, paulo superius dominus præmisit dicens. Surget gens contra gētem, & regnum aduersus regnum: & erunt terremotus magni per loca, & pestilentiæ & fames. & quibusdā interpositis hoc, quod modo audistis, adiunxit. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ cōfusione sonitus maris et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus, alia ē proximo ventura formidamus. Nam gētem supra gentē exurgere, earumq̄ pssurā terris insistere plus iā in nrīs tribulationib⁹, q̄ in codicibus legim⁹. q̄ terremotus vrbes innumeras subruat, ex alijs mundi partibus scitis, q̄ frequēter audiuimus. Pestilētias sine cessatiōe patimur.

Mar. xiij. b.

Textus.

Signa vero in sole & luna, & stellis adhuc aperte minime videmus, sed quia & hæc non longe sint: ex ipsa iam aeris immutatione colligimus. Quamuis priusquã Italia gentili gladio ferienda traderetur: igneas in cælo iã vidimus acies, ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinẽ, coruscantes. Confusio autem maris & fluctuum necdum noua exorta est. Sed cum multa iam prænunciata, completa sint, dubium non est: quod sequantur etiam pauca quæ restant: quia sequentium rerum certitudo: est præteritarum exhibitio. Hæc fratres charissimi idcirco dicimus: vt ad cautelæ studium vestræ mentes euigilent: ne securitate torpeant, ne ignorantia languescant, sed semper eas & timor solicitet in bono opere, & solicitudo confirmet: pensantes hoc: quod redemptoris nostri voce subiungitur. Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur. Quid enim Dominus virtutes Cælorum, nisi Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus & potestates appellat? Quæ in aduentu districti iudicis: nostris tunc oculis visibiliter apparebunt: vt districte tunc á nobis exigant hoc, quod nos modo inuisibilis conditor æquanimiter portat. Vbi & subditur. ¶ Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Ac si aperte diceretur, In potestate magna & maiestate visuri sunt: quem in humilitate positum audire noluerunt: vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant: quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam nõ inclinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt: mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam subditur. ¶ His autem fieri incipientibus: respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Ac si aperte veritas discipulos suos ammoneat, dicens. Cum plagæ mundi crebrescunt: cum terror iudicij virtutibus commotis ostenditur: leuate vos capita vestra: idest exhilarate corda vestra: quia dum finitur mundus: cuius amici non estis: prope fit redemptio: quam quæritis. In scriptura enim sacra sæpe caput pro mente accipitur: quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Leuare itaque capita: est mentes nostras ad gaudia patriæ cælestis erigere. Qui ergo deum diligunt ex fine mundi gaudere atque hilarescere iubentur: quia eum quem amant, mox inueniunt: dum transit is, quem non amauerunt. Absit enim, vt fidelis quisque, qui deum videre desiderat, de mundi percussionibus lugeat: quem finire eisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptum namque est. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi: inimicus dei constituitur. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur (patet hoc) inimicus dei esse cõuincitur. Sed absit hoc á fidelium cordibus, absit ab his, qui & esse aliã vitã per fidem credunt, & eam per operationẽ diligunt. Mundi enim destructionem lugere eorum est: qui radices cordis in eius amore plantauerunt, qui se

Italiæ percussio signi sola fuit.

Sequentium rerum certitudo & præteritarum exhibitio.

Textus.

Virtutes celorum: quæ dicantur.

Textus.

Textus.

Caput pro mente sæpe ponitur.

Iaco. iiij. b.

quentem vitam non credunt, qui eam nec esse suspicantur. Nos autem qui cælestis patriæ gaudia æterna cognouimus, festinare ad ea quamtotius debemus, optandũ nobis est citius pergere, atq; ad illã via breuiori puenire. Quibus enĩ malis nõ mundus vrgetur? Quæ nos tristitia, q̃ aduersitas nõ angustat? Quid est vita mortalis, nisi via? Et quale sit fratres perpendite in labore viæ suæ lacessere, & tamẽ eandem viam nolle finiri. Quod autem calcari mũdus ac despici debeat, Redemptor noster, ꝑuida comparatione manifestat, cum protinus adiũgit. Videte ficulneam & omnes arbores cũ producunt iam ex se fructum, scitis qm̃ prope est æstas, ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote qm̃ prope est regnũ Dei. Ac si aperte dicat. Sicut ex fructu arborum vicina æstas agnoscitur, ita ex ruina mũdi prope esse cognoscitur regnum dei. Quib9 verbis ostenditur, quia fructus mũdi ruina est, ad hoc enĩ crescit, vt cadat, ad hoc germinat, vt q̃cunq; germinauerit, cladibus cõsumat. Bene autem regnũ Dei æstati comparatur, quia tũc mœroris nostri nubila transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescũt. Quæ omnia sub magna certitudine confirmãtur, cum dr̃. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, cœlũ & terra transibũt, verba autem mea non transibunt. Nihil in rerum corporaliũ natura cælo & terra durabilius: & nihil in rerũ natura tam velociter q̃ sermone transit. Verba enim quousq; imperfecta sunt: verba non sunt. cũ vero perfecta fuerint: omnino iam non sunt, quia nec perfici, nisi transeũdo possunt. Ait ergo cælum & terra transibũt, verba autem mea nõ transient. ac si dicat. Omne qđ apđ vos durabile est & sine mutatiõe, ad æternitatem durabile non est: & omne qđ apud me transire cernitur: fixum & sine trãsitu tenetur: quia sine mutabilitate manentes sentẽtias exprimit meus sermo, q̃ transit. Ecce fratres iam cernimus, quod audiebam9 nouis cotidie & crebrescẽtibus malis mũdus vrgetur. ex illa plebe innumera quãti remãseritis: aspicitis, & tamen adhuc cotidie flagella vrgent, repẽtini casus opprimũt. nouæ nos & improuisæ clades affligũt. Sicut enĩ in iuuentute viget corpus: forte & incolume manet pectus: torosa ceruix, plana sunt brachia: inanis autem senilibus statura curuatur. ceruix exsiccata deponitur, frequẽtibus suspirijs pectus vrgetur. virtus deficit. loquẽtis verba anhelitus intercidit. Nam & si lãgor plærumq; senibus desit: ipsa sua salus tãtum ægritudo est. ita mũdus in ãnis prioribus velut in iuuẽtute viguit, aut ad propagãdam humani gñis prolem robustus fuit, salute corporum viridis. opulẽtia rerum pinguis: at tũc ipsa senectute sua deprimitur: & quasi ad vicinam mortem molestijs crebrescẽtibus vrgetur. Nolite ergo fratres diligere, quem videtis diu stare non posse: præcepta Apostoli in animo ponite, qbus nõ ammonet: dicẽs. Nolite diligere mũdum: neq; ea quę in mũdo sunt. Quia si qs diligit mũdum: nõ est charitas patris in eo. Nudiustertius fratres agnouistis, q̃ subito turbine ãnosa arbusta eruta: destructę dom9 atq; Ecclsię

Margin notes: Vita mortalis via est. — Textus — Fruct9 mũdi ruina ē. — Textus Luce. xxi — Verborum ratio. — Sententię christi sunt manentes. — Iuuẽtę pulchra descriptio. — Senũ salus egritudo ē. — i. Joã. cap. ij. c. — Diligere mũdũ periculosum est.

a fundamētis euersæ sunt. Quāti ad vesperum sani atq; incolumes acturos se in crastinum aliquid putabāt: & tamē nocte eadem repētina morte defuncti sunt: in laqo ruinæ deprehēsi? Sed cōsiderādum nobis est: q ad hæc agēda inuisibilis iudex vētis tenuissimis spm̄ mouit: vnius pcellam nubis excitauit & terram subruit: casura tot ædificiorum fundamēta cōcussit. Quid ergo iudex ipse facturus est, cū per semetipm̄ venerit: & in vltiōem peccatorum ira eius exarserit. Si portari nō potest: cum nos per tenuissimam nubem ferit: in iræ eius presentia q̄ caro subsistet? si vētum mouet, & terra subruit: cōcitauit aëra: & tot ædificia strauit? Hāc districtiōem vēturi iudicis Paulus cōsiderās: ait. Horrēdum est incidere in manus dei viuētis. Hinc Psalmista ait. Deus manifeste veniet, deus nr̄ & nō silebit, ignis in cōspectu eius ardebit: & in circuitu eius tempestas valida. Districtiōem quippe tantæ iusticiæ tempestas ignisq; comitātur: quia tempestas examinat, quos ignis exurit. Illum ergo diem ante oclos ponite: & quicquid modo graue creditur: in eius comparatiōe leuigatur. De illo em̄ die per prophetam dr̄. Iuxta est dies dn̄i magnus: iuxta est & velox nimis. Vox dei dn̄i amara valde, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulatiōis & angustiæ: dies calamitatis & miseriæ: dies tenebrarum & caliginis: dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. De hac die dn̄s iterū per prophetam dicit. Adhuc semel & ego mouebo: nō solum terram: sed etiam cælum. Ecce (vt diximus) aërem mouit: & terram subruit, quis ergo ferat cū celos mouerit? Quid autem terrores, quos cernimus, nisi seqn̄tis ire præcones dixerim? Vnde cōsiderare necesse est, quia ab illa tribulatiōe vltima, tm̄ sunt tribulatiōes istæ dissimiles, quantū a potētia iudicis psona pcōnis distat. Illum ergo diem tota intētiōe cogitate: vitam corrigite, mores mutate, mala tentātia resistēdo vincite, ppetrata fletibus punite. Aduētum namq; æterni iudicis tāto securiores qn̄q; videbitis, quanto nūc districtiōem eius timēdo pūenitis.

Ad he. x. f.
ps. xlix.
Judicij dies semper āte oculos ponēdus est.
Sopho. j. d
Aggei. ij. b.
Terrores psentes sunt pcones ire seqn̄tis.

Segmentum ex Euangelio Matthei capite. xj. littera. A. quod canitur dominica scda aduentus. Hoc prædixit Iesus anno eius. xxxi. idus Decēbris feria. vi.

I Nillo tempore. Cum audisset Ioannes in vinculis opera christi, mittēs duos de discipl'is suis, ait illi. Tu es qui vēturus est, an aliū spectamus? Et rn̄dens Iesus ait illis. Euntes renūciate Ioāni q̄ audistis & vidistis, ceci vidēt, claudi ambulāt, leprosi mundātur, surdi audiūt, mortui resurgunt, paupes euāgelizātur, & btūs est, qui nō fuerit scādālizatus in me. Illis aūt abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioāne. Quid existis in desertū videre arūdinem vēto agitatam? Sed quid existis videre? Ho

Audistis & vidi. multo vberioris ē sensus auditis et videtis scd̄m Laurentiū in psenti q̄ in pterito. Uēto agit. Lau. grece est q̄ vento agitat. Et ecce mollia

minem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis & plusq̃ ꝓphetam. Hic est em̃, de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ãte faciem tuã: qui p̃parabit viam tuam ante te. Et reliqua.

ferentes in do.&c. Mala.iij.a. Marci.j.a.

¶ Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione, habita ad populum in basilica sanctorum Marcellini & Petri die natalis eorum. Dñica.iij. aduentus domini.

QVærendum nobis est fratres charissimi Ioãnes propheta & plusq̃ ꝓpheta, qui veniẽtem ad iordanis baptisma, dñm ostendit, dicẽs. Ecce agnus dei. Ecce qui tollit peccata mundi: qui humilitatem suam: & diuinitatis eius potẽtiam cõsiderãs: ait. Qui de terra est, de terra loquitur. qui de cælo venit, sup oẽs est. cur in carcere positus mittẽs discipl'os: requirit. Tu es qui vẽturus est? an aliũ expectamus? Tanq̃ si ignoraret, quem ostenderat, & an ipse sit, nesciat, quem ipsum esse baptizando? ꝓphetãdo? & ostendẽdo clamauerat. Sed hæc citius q̃stio soluitur, si gestæ rei tẽpus & ordo pensatur. Ad iordanis em̃ fluẽta positus quia ipse redẽptor mũdi esset, asserit, missus vero in carcerẽ, an ipse veniat, requirit. Nõ quia ip̃m esse mũdi redẽptorẽ dubitet, sed q̃rit, vt sciat, si his qui p se in mundũ venerat, p se etiã ad inferni claustra descẽdat. Quẽ em̃ p̃currens nascẽdo mũdo nunciauerat, hunc moriẽdo & ad inferos p̃currebat. Ait ergo. Tu es qui vẽturus es? an alium expectamus? Ac si dicat. Sicut ꝓ hoĩbus nasci dignatus es, an etiã ꝓ hoĩbus mori digneris, insinua, vt qui natiuitatis tuæ p̃cursor extiti. mortis etiã p̃cursor fiam, & vẽturum inferno te nunciẽ, quẽ iam venisse mũdo nunciaui. Vñ & inquisitus dñs enumeratis potentiæ suæ miracl'is, de mortis suæ humilitate ꝓtinus rñdit, dicẽs. Cæci vidẽt? claudi ambulãt? leprosi mundãtur? surdi audiunt? mortui resurgunt? paupes euãgelizãtur, & beatus est qui non fuerit scãdalizatus in me. Visis tot signis tãtisq̃ virtutibus, non scandalizari potuit quisq̃, sed admirari. Sed infidelium mẽs graue in illo scandalum ꝑtulit, cum eum post tot miracl'a moriẽtem vidit. Vñ & Paulus dixit. Nos p̃dicamus christum crucifixum. iudęis quidẽ scãdalum, gẽtibus autem stultitiam. Stultum quippe hoĩbus visum est, vt ꝓ hoĩbus autor vitæ moreretur, & inde cõtra eum homo scãdalum sumpsit: vnde ei plus debitor fieri, vt honoraretur, debuit, Nam tm̃ deus ab omnibus dignius honorãdus est. quãtum ꝓ hoĩbus indigna suscepit. Quid est ergo dicere. btũs est, qui nõ fuerit scandalizatus in me: nisi apta voce obiectionẽ mortis scire, humilitatẽq̃ signare? Ac si dicat. Mira quidẽ facio, sed abiecta ꝑpeti nõ dedignor. Quia ergo moriendo te subseq̃r, cauẽdum est valde hoĩbus ne in me mortẽ despiciãt, qui signa venerãt. Sed dimissis ioãnis discipl'is, qd de eodẽ ioãne turbis dicat, audiam⁹,

Joan.j.d. Joan.iij.d. Matth.xj. Textus

Joãnes baptista dubitauit an ad iferos christus descenderet. Textus

son ensalçados

j.Corin.j.d

Carnalis animus per arūdinē designatur.

Quid existis in desertum videre arūdinem vento agitatā? Quod videlicet nō asserēdo: sed negādo intulit. Arūdinem quippe mox vt aura cōtigerit: in partem alteram flectit. Et quid per arūdinem nisi carnalis animus exprimitur: q mox vt fauore: vel detractiōe tāgitur in partem aliquam inclinatur? Si enī ab humano ore aura fauoris flauerit: hilarescit, extollitur: totumq; se ad grām inflectit, sed si inde vētus detractiōis eruperit, vnde laudis aura veniebat, mox hūc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vēto agitata Ioānes nō erat, quia hūc, nec blādum gratia: nec cuiuslibet detractio in ira asperum faciebat. nec prospera hūc erigere, nec aduersa nouerāt inclinare. Arūdo ergo vēto agitata Ioānes nō erat: quem a status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus igitur fratres arundo vento agitata nō esse. Solidemus animum inter aures linguarum positū. stet inflexibilis status mētis. nulla nos detractio ad iram puocet: atq; ad remissiōem inutilis gratiæ nullus fauor inclinet: nō nos pspera eleuent: non aduersa perturbent: vt q in soliditate fidei figimur: nequaq; rerum transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc autem de eius sanctitate subiūgitur.

Nō debem⁹ eē arūdo agitata vēto

Textus

Sed quid existis videre in desertū hominem mollib⁹ vestitum? Ecce q mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Camelorum etenī pilis contextis vestitus Ioānes describitur fuisse. Et quid est dicere. Ecce qui mollibus vestiuntur: in domib⁹ regum sunt: nisi aperta sentētia demōstrare: quia non cælesti sed terreno regno militant hi, qui pro deo perpeti aspera fugiunt, sed solis exterioribus dediti præsentis vitæ molliciem & delectationem q̄runt? Nemo ergo existimet in fluxu atq; studio preciosarū vestiū pctm̄ deesse, quia si hoc culpa nō esset, nullo modo Ioānem dn̄s de vestimēti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa nō esset: nequaq; Petrus apl's per epistolam suam fœminas a preciosarum vestiū apetitu compesceret: dicēs. Non in veste preciosa. Pensate ergo, q̄ culpa sit hoc viros appetere: a quo curauit pastor ecclesiæ fœminas phibere. Quamuis hoc, q Ioānes nō esse vestitus mollibus dr̄, per significationem intelligi & aliter potest. Mollibus enī vestitus nō fuit, quia vitam peccātium nō blandimētis fouit: sed rigore asperæ inuectiōis increpauit, dicēs. Genimina viperarum: quis vobis demōstrauit fugere a vētura ira? Vnde & p Salomonem dr̄. Verba sapiētium quasi stimuli, & sicut claui in altū defixi. Clauis quippe atq; stimulis sapiētium verba comparantur, quia culpas delinqntium nesciūt palpare, sed pūgere.

Vestibus preciosis vti: pctm̄ est.

i. Tim. ij. c.

Matt. iij. b.
Luce. iij. b.
Eccle. xij.

Textus

Sed quid existis videre prophetam? Etiam dico vobis & plusq; pphetam. Prophetæ quippe ministerium est vētura prædicare, nō autem demōstrare. Ioānes ergo plusq; ppheta est, quia eū quem præcurrendo pphetauerat, etiam digito demōstrauit: & ostendendo nūciabat. Sed quia arūdo vento agitata esse denegatur, quia nō esse mollib⁹ vestitus dr̄, quia prophetæ nomē huic impar esse perhibetur, iam qd digne dici possit, audiuim⁹. Sequitur.

Textus

Hic est, de quo scriptum est. Ecce ego mitto

angelum meum ante faciem tuam:qui præparabit viam tuam ante te. Quod enim græce angelus, hoc latine nuncius dr̄. Recte ergo qui nunciare supernum iudicem mittitur:angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine: quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, sed vita nomine inferior nō est. Vtinam fratres charissimi non ad iudicium nostrum dicamus:quia oēs qui sacerdotij nomine censentur angeli vocantur. propheta attestāte qui ait. Labia sacerdotis custodiunt sci entiam, & legē requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Sed huius altitudinem nominis etiam vos si vultis potestis promereri. Nam vnusquisq; vestrum in tantum sufficit in quantum grām supernæ aspirationis accepit, si a prauitate ꝓximum reuocat: si exhortari ad bene operandum curat, si æternū regnum supplicium ve erranti denunciat, cum verba sanctæ annunciatiōis impēdit, ꝓfecto angelus existit. Et nemo dicat. Ammonere nō sufficio, exhortari idoneus non sum, quantum potes exhibe, ne maleseruatum (qđ acceperas talētum) in tormētis exigaris. Neq; em̄ plusq̄ vnū talētum acceperat, qui hoc abscondere magis studuit, q̄ erogare. Et scimus qm̄ in dei tabernaclo nō solum phialæ, sed (ꝑcipiente dño) etiā cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberās: per cyathos parua atq; angusta scientia designatur. Alius doctrina veritatis plenus audiētium mentes inebriat: per hoc ergo qđ dicit: ꝓfecto phyalā porrigit. Alius explere, qđ sentit, non valet, sed quia hoc vtrumq; denunciat, ꝓfecto per cyathum potum ꝑbet. In dei ergo tabernaclo: idest in sancta ecclesia positi: si per doctrinę sapiētiam ministrare phyalas nō potestis: in quātum ꝓ diuina largitate sufficitis: ꝓximis vestris boni verbi cyathos date. In quātum vos ꝓfecisse pensatis, etiam alios vobiscum trahite: in via dei socios habere desiderate. Si quis vr̄m fratres ad forum, aut fortasse ad balneum, ꝑgit, quem ociosum esse cōsiderat: vt secum veniat, inuitat. Ipsa ergo terrena actio vos vestra cōueniat: & si ad eum tēditis: curate ne ad eum soli veniatis. Hinc em̄ scriptum est. Qui audit: dicat veni. Vt qui iam in corde vocem superni amoris acceperit: foris ꝓximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panē, vt indigenti eleemosynam porrigat: nō habet. sed maius est, qđ tribuere valet: qui linguam habet. Plus est em̄ verbi pabulo victuram in perpetuū mentem reficere: q̄ ventrem moriturae carnis terreno pane satiare. Nolite ergo fratres ꝓximis vestris eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos ammoneo, vt ab ocioso sermone parcamus. inutiliter loqui declinemus: in quantum retinere linguam præualemus: in ventum verba non deffluāt: cum iudex dicat. Omne verbum ociosum, qđ locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ociosum quippe verbum est: qđ aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad ædificationis studium vertite: & celerrimæ huius vitæ tempora fugiāt cōsiderate: q̄ districtꝰ iudex veniat attēdite. Hunc ante oclos cordis vestri ponite: hunc ꝓximorū

Angelꝰ grece nuncius latinę.

Malac.ij.b

Sacerdos qlibet ágelus dr.

Vnusqsq; tenet erogare talentum.

Tria vasa tēpli exponūtur.

Apo.xxij.

Doctrina alimētocorporis ante ferēda est.

Mat.xij.e.

Verbum ociosum q̄le est.

vestrorum mentibus intimate, vt inquantum vires suppetunt, si annunciatum non negligitis, vocari angeli ab eo cum ioanne valeatis.

¶ Segmentum ex Euangelio Ioannis capite. j. littera. B. quod canitur dominica tertia aduentus. Historia huius Euangelij facta est Anno Christi. xxxj. Kls. Maij. fer. iiij.

IN illo tempore. Miserunt iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad ioannem, vt interrogarent eum. Tu qui es? Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: qd ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit, non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam dñi, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; Propheta? Respondit eis ioannes dicens. Ego baptizo in aqua. Medius autem vrm stetit, quem vos nescitis, ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus, vt soluam corrigiam calciamẽti. Hæc in Bethania facta sunt trans iordanem, vbi erat ioannes baptizans. Et reliqua.

Esa. xl.

Ipse est q̃ post. &c. Aliter in ãnotatiõib9 legit valla: scz. Ipse est q̃ post me veniẽs ãte me genit9 est.

¶ Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione, habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli. Dñica. iiij aduentus domini.

EX huius nobis lectionis verbis fratres charissimi, ioannis humilitas cõmendatur. qui cum tantæ virtutis esset, vt Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam cõfessus est, & nõ negauit, & cõfessus est, quia non sum ego Christus. Sed qa dixit nõ sum, negauit plane, q̧ non erat, sed non negauit. qđ erat, vt veritatem loq̃ns, ei9 membrũ fieret, cui9 sibi nomẽ fallaciter non vsurparet. Cum ergo nõ vult appetere nomẽ Christi, fact9 est membrum Chri. Quia dum infirmitatem suã studuit humiliter agnoscere, illi9 celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectiõe alia Redemptoris nři, sentẽtia ad mentem reducitur, ex hui9 nobis lectiõis verbis q̃stio valde implexa generatur. Alio qppe in loco inq̃situs dñs a discipulis de Heliæ aduẽtu, respondit. Helias iam venit, & nõ cognouerũt eum, sed fecerunt in eum q̃cunq; voluerũt. Et si vultis scire, Ioãnes ipse est Helias. Req̃situs autem ioãnes dicit, Nõ sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi, quia qđ veritas affirmat, hoc Propheta

Certus

Mat. xvij.

Concordia euãgeliorũ ostenditur

veritatis negat? Valde namq; inter se diuersa sunt, ipse est, & nõ sum. Quomodo ergo ꝓpheta veritatis est, si eiusdẽ veritatis sermonib⁹ cõcors nõ est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc qđ inter se cõtrarium sonuit, quomodo cõtrarium nõ sit, inuenitur. Ad Zachariam namq; de ioannis promissione angel⁹ dicit. Ipse p̃cedet ante eum in spũ & virtute Heliæ. Qui idcirco venturus in spũ & virtute Heliæ dr̃, quia sicut Helias scđm dñi aduentum p̃ueniet, ita ioannes p̃uenit primum. Sicut ille p̃cursor venturus est iudicis, ita iste p̃cursor fact⁹ est Redemptoris. Ioannes igitur in spũ Helias erat, in ꝑsona Helias nõ erat. Qđ ergo dñs de Heliæ fatetur spũ, hoc ioannes denegat de ꝑsona, quia & iustum sic erat, vt & discipulis dñs de ioanne spũalem sentẽtiam diceret, & ioães eisdem turbis carnalibus nõ de suo spũ, sed de corpore respõderet. Cõtrarium ergo veritati videtur esse, qđ ioannes sonuit, sed tamẽ veritatis tramite nõ recessit. Qui cum se etiam ꝓphetam negat, quia videlicet nõ solum poterat Redemptorem p̃dicare, sed etiam demõstrare, qs nam sit, cõtinuo exprimit, cum subiungit. Ego vox clamãtis in deserto. Scitis fratres charissimi, qa vnigenitus fili⁹ verbum p̃ris vocatur. Ioãne attestante, q ait. In principio erat verbum, & verbum erat apđ deum, & de⁹ erat verbum. Et ex ipsa vr̃a locutione cognoscitis, qa prius vox sonat, vt verbũ postmodũ possit audiri. Ioannes ergo vocẽ se esse asserit, qa verbum p̃cedit. Aduẽtum itaq; dñicum p̃currẽs vox dr̃, qa p ei⁹ ministerium p̃ris verbum ab hoĩbus auditur. Qui etiã in deserto clamat, qa derelictæ ac destitutę iudęę solatium Redẽptoris annũciat. Quid aũt clamet, insinuat, cum subiũgit. Dirigite viam dñi, sicut dicit Esaias ꝓpheta. Via dñi ad cor dirigitur, cũ veritatis sermo humiliter auditur. Via dñi ad cor dirigit, cũ ad ei⁹ p̃ceptum vita p̃parat. Vnde scriptũ est. Si qs diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & p̃r meus diliget eũ, & ad eũ veniem⁹, & mãsionẽ apđ eum faciemus. Quisqs ergo in supbiã mentẽ eleuat, qsqs auaricię æstib⁹ anhelat, qsqs se luxurię inqnatiõib⁹ polluit, cordis ostiũ cõtra veritatẽ claudit, & ne ad se dñs veniat, claustra animi seris vitiorum dãnat. Sed adhuc qui missi sunt pcũctãtur. Quid ergo baptizas, si tu nõ es Chr̃s, neq; Helias, neq; ꝓpheta? Qđ quia non ex studio cognoscẽdæ veritatis, sed malicia exercẽdę æmulatiõis dr̃. Euangelista tacite innotuit, cum subiunxit. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Ac si aperte dicat, illi ioannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt quærere, sed inuidere. Sed sanctus quisq; etiam cum a peruersa mente requiritur, a bõitatis suæ studio nõ mutatur. Vnde ioannes quoq; ad verba inuidiæ, prædicamenta respondit vitæ. Nam protinus adiungit. Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ioannes nõ spũ, sed aqua baptizat, quia peccata soluere non valens, corpora baptizatorum aqua lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat, nisi vt præcursionis suæ or-

Luce. j. b.

Ioãnes baptista in q̃b⁹ est imitatus ꝓclã.

Textus i. Ioã. j. a.

Ioãnes baptista q̃re dictus est vox.

Textus.

Ioã. xiiij. c

Cordis ostiũ mltí cõtra vitatẽ claudunt

Textus

Baptismi Ioã. ꝯ erat in aq̃.

Secretum vbo4 ag.t

Baptizādo et pdicādo fuit ioānes pcursor domini.

dinem seruans, qui nasciturum nascendo puenerat, baptizaturū quoq; dn̄m baptizando pueniret: & qui pdicando pcursor factus est Christi, baptizando etiam pcursor eius fieret imitatione sacramēti? Qui inter hæc mysterium nr̄i redemptoris annuncians: hunc in medio hoīm & stetisse asserit, & nesciri. quia p carnem dn̄s apparēs: & visibilis extit corpe: & inuisibilis maiestate. De quo etiam subdidit.

Textus.

Qui post me venit: ante me factus est. Sic namq; dicit. ante me factus est. ac si dicatur, ante me positus. Post me ergo venit: quia postmodū natus: ante me autē factus: quia mihi plat⁹. Sed hoc paulo supius dicēs etiam plationes eius causas apuit, cum subiūgit

Textus.

Quia prior me erat. Ac si apte dicat. Inde & iam post me natus supat: quo eum natiuitatis suæ tpa non angustāt. Nam qui p m̄rem in tpe nascitur. sine tempore ex p̄re generatur, Cui quātę reuerētiæ humilitatem debeat: subdendo manifestat.

Soluere corrigiā calciamēti qd significat.

Cuius nō sum dignus soluere corrigiam calciamēti. Mos apd' veteres fuit: vt si quis eam, q̄ sibi competeret accipe vxorem, nollet: illi ei calciamētum solueret. qui ad hāc spōsus iure ppinquitatis veniret. Quid igitur inter hoīes chr̄s: nisi sponsus sanctæ ecclīæ apparuit? de quo & ipse Ioannes dicit.

Joan. iij. d.

Qui habet spōsam, spōsus est. Sed quia Ioānem hoīes chr̄m esse putauerunt, qd' idem Ioānes negat, recte se indignum esse ad soluēdam corrigiam eius calciamēti denūciat. Ac si apte dicat, Ego redemptoris vestigia denudare nō valeo, quia nomē spōsi mihi immerito nō vsurpo. Qd' tn̄ intelligi & aliter potest. Quis em̄ nesciat q calciamēta ex mortuis aīalibus fiant? Incarnatus vero dn̄s veniēs, quasi calciatus apparuit: quia in diuinitate sua morticinia nr̄æ corruptiōis assumpsit. Vnde etiam p prophetam dr̄.

Ps. lix.

In idumæam extēdam calciamētum meum. Per idumæam gētilitas: p calciamēta assumpta mortalitas designatur. In idumæam ergo dn̄s calciamētum suum se extendere asserit, qa dum p carnem gētibus inotuit, quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium, humanus oculus penetrare nō sufficit, Inuestigari em̄ nullatenus potest, quomodo incorporatur verbū, quomodo summus & viuificator spūs intra vterum m̄ris animatur, quomodo is (qui initiū nō habet) existit, & cōcipitur, Corrigia ergo calciamēti, est ligatura mysterij. Ioānes itaq; soluere corrigiam calciamēti eius nō valet, quia incarnatiōis eius mysterium, nec ip̄e inuestigare sufficit, qui hanc p ꝓphetiæ spm̄ agnouit. Quid est ergo dicere nō sum dignus soluere corrigiā calciamēti eius, nisi apte, & humiliter suam ignorātiam ꝓfiteri? Ac si patēter dicat, Quid mirum, si ille mihi platus est: quem post me qdem natum considero: sed natiuitatis eius mysterium nō apphēdo? Ecce Ioānes ꝓphetiæ spū impletus: mira sciētia emicat: sed tn̄ illd' de se insinuat, qd' ignorat. Qua in re pēsandum nobis est fratres charissimi & tota intētione cogitādum: quomodo sancti viri & vt humilitatis in se virtutem custodiāt, cum qdam mirabiliter sciunt, illd' ante mētis oclos student reuocare, qd' nesciunt: vt dum ex

Christi incarnatio vix inuestigari potest.

parte alia infirmitatem suam cõsiderant: ex ea parte qua pfectus est, eorum se animus nõ extollat. Scientia etem̃ virtus est: humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo, vt in omne, qđ scit, se mens deprimat: ne qđ virtus sciẽtiæ congregat: vẽtus elatiõis tollat. Cum bona fratres agitis: semp ad memoriã mala acta reuocate: vt dum culpa caute cõspicitur: nunq̃ de bono opere in caute animus lætetur. Superiores inuicem in via Dei (eos maximæ, qui vobis cõmissi nõ sunt) pximos vestros attendite. Quia & quos agere aliqua praua conspicitis: q̃ in eis lateant bona: nescitis. Magnus ergo vnusquisq̃ studeat esse: sed tamẽ aliquo modo esse se magnum nesciat: ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit: aliquid ex bonis amittat, quod intus erat. Hinc per pphetam dr̃. Væ qui sapientes estis in oculis vestris: & coram vosmetipsis prudentes. Hinc Paulus ait. Nolite prudẽtes eẽ apđ vosmetipsos. Hinc contra superbientem Saul dr̃. Cum esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus Israel factus es. Ac si apte diceret. Cum tu te paruulum cõspiceres: ego te præ cæteris magnum feci, quia vero nunc tu te magnum conspicis: a me paruus æstimaris. Qđ contra Dauid (cum regni potentiam coram arcam dñi saltãdo despiceret) dixit. Ludam, & vilior fiam, plusq̃ factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quem em̃ non extolleret ora leonum frangere, vrsorum brachia dissipare: despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula vngi, timendum cunctis vno lapide Goliam sternere: a rege ppositis extinctis Allophilis numerosa præputia reportare, regnum ex pmissione percipere, cunctum q̃ Israeliticum popolum sine vlla cõtradictione possidere, & tamen in cunctis se despicit, q in suis oculis esse se humilem cõfitetur. Si igitur sancti viri (etiam cum agunt fortia) de semetipsis vilia sentiũt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine opere virtutis intumescunt? Sed & si quælibet bona assint opera, nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum electione non eleuat, sed grauat. Qui em̃ sine humilitate virtutes congregat, quasi inuentum puluerem portat. Et vnde ferre aliquid cernitur, inde deterius cæcatur. In cunctis igitur, quæ agitis fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete, nec qbus iam superiores, sed qbus adhuc inferiores estis, aspicite, vt dum meliora vobis exempla proponitis: ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

Marginalia: Humilitas est custos virtutis. — Esaig.v.D. — Ad ro.xij.D — i.reg.xv.D. — Dauid humilitas & pclara gesta ij.re.xvj.D. — Opa bona sine humilitate nihil sunt.

¶ Segmentum ex Euangelio Lucæ. Capite.iij. A, quod canitur in Dominica quarta aduẽtus. tempus historiæ designat lr̃a. & erat Ioannes tunc xxx. Annorum.

ANno quintodecimo imperij Tiberij cesaris: pcurāte pontio Pilato iudeam: tetrarcha autem galilee Herode. Philippo autem fratre ei⁹ tetrarcha itureę & trachonitidis regionis & Lysania abilinę tetrarcha: sub principib⁹ sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum dñi sup ioānem zachariæ filium in deserto. Et venit in oēm regiōem iordanis p̄dicans baptismū pœnitētiæ in remissionem pc̄ōrum: sicut scriptū est in libro sermonum Esaiæ pphetæ. Vox clamantis in deserto. Parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa: & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare dei.

Et venit in oēm regiōrē. aliē ad notauit vialla.s. Et vēit in oēz regiōez circa iordanē

℄ Homilia beati Gregorij Papę de eadem lectione. Habita ad populum in Basilica sancti Ioannis baptistę sabbato quattuor temporum ante natale Christi.

REdemptoris nostri p̄cursor, quo tpe verbum p̄dicatiōis acceperit: memorato Romanæ rei publicæ principe: & iudeę regibus designatur, cum dr̄. Anno quintodecimo imperij Tyberij cæsaris procurante pōtio Pilato iudeam: tetrarcha aūt Galileę Herode. &c. Quia eñ illum p̄dicare veniebat: q & ex iudea quosdam & mltos ex gentib⁹ redemptur⁹ erat. p Reges gentium & Principes iudeorum p̄dicationis eius tpa designantur. Quia autem & gētilitas colligēda erat: & iudea p culpa pfidiæ dispgenda: ipsa quoq; descriptio terreni principat⁹ ostēdit. Qm̄ & in Romana republica vnus pfuisse describitur: & in iudeę regno per quartam partem plurimi principabātur. Voce etem̄ nr̄i Redemptoris dr̄. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Liquet em̄ q ad finem regni iudea puenerat: q̄ tot regibus diuisa subiacebat. Apte quoq; nō solum qbus regibus: sed quib⁹ etiam sacerdotib⁹ actum sit: demōstratur. Quia illum Ioānes baptista p̄dicabat: q simul Rex & Sacerdos existeret. Lucas euāgelista p̄dicationis ei⁹ tempora per Regnum & Sacerdotium designauit. Et venit in oēm regiōem iordanis p̄dicans baptismum pœnitētiæ in remissiōem pc̄ōrum. Cunctis legentib⁹ liqt: quia Ioānes nō solum baptismum pœnitētiæ p̄dicauit: sed etiam qbusdam dedit: sed tamē baptismum suum in remissiōem pc̄ōrum dare nō potuit. Remissio etem̄ pc̄ōrum: in solo nobis christi baptismate tribuitur. Notādum itaq; q dr̄. Predicās baptismū pœnitētiæ in remissiōem peccatorum. Qm̄ baptismum, qd' pctā solueret: quia dare nō poterat: p̄dicabat. Vt sicut incarnatum verbum pr̄is p̄currebat verbo p̄dicationis: ita baptismum pœnitentiæ: quo peccata soluuntur p̄currere suo baptismate: quo peccata solui

Textus

Luce. xi. c

Chrs fuit rex & sacerdos.

Textus

non possunt. Vt quia eius sermo præcurrebat p̃sentiam redemptoris: ipsum quoq; ei9 baptisma p̃cedendo fieret vmbra veritatis. Seqtur. Sicut scriptũ est in libro sermonum Esaiæ ꝓphetæ. Vox clamãtis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Idem vero Ioannes baptista requisitus quis esset. respondit. Ego vox clamantis in deserto. Quia sicut antea vobis dictũ est. ideo vox a ꝓpheta vocatus est: quia verbum p̃ibat. Quid ergo clamaret, apitur, cum subditur. Parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Omnis qui rectam fidem & bona opera p̃dicat: quid aliud q̃ venienti dño ad corda audientium viam parat? vt hæc vis grãe penetret, & lumẽ veritatis illustret, vt rectas deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitatiões p sermõem bonæ prędicationis format. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine, nisi humiles? Quid mõtium & collium, nisi supbi homines designãtur? In aduentu igitur redemptoris nr̃i valles impletæ sunt, mõtes vero & colles humiliati sunt, quia iuxta vocem apostoli eius. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Vallis em̃ impleta crescit: mõs & collis humiliatus decrescit, quia nimirum in fide mediatoris Dei & hominum hominis iesu christi, & gentilitas plenitudinem grãe accepit, & iudęa hoc p errorem pfidiæ (vnde tumebat) pdidit. Omnis ergo vallis implebitur, quia corda humilium sacræ doctrinæ eloquio & virtutum grã replebũtur. Iuxta hoc qd' scriptum est. Qui emittit fontes in conuallibus. Et vnde rursum dr̃. Et conualles abundabunt frumento. A montibus namq; aqua dilabitur: quia supbas mentes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgũt, quia mõtes humilium verbum p̃dicationis accipiũt. Iam videmus. Iam conualles frumento abundare cõspicimus, quia illorum ora pabulo veritatis completa sunt. qui mites & simplices huic mundo despicabiles esse videbantur. Ipsum quoq; ioannem baptistam, quia mira sanctitate præditum populus viderat, hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat. De quo scriptum est. In nouissimis dierum erit mons domus Dñi præparatus in vertice montium. Nam hunc esse Christum putabant. sicut per Euangelium dr̃. Aestimante autem apostolo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de ioanne ne forte ipse esset Christus, quem & requirebant dicentes. Nunquid Christus es tu? Sed nisi idem ioãnes apud se vallis esset, repletus spũs grãe non fuisset. Qui (vt hoc quod erat ostenderet) dixit. Venit fortior me post me, cui9 nõ sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Et rursus ait. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. illũ oportet crescere, me autem minui. Ecce cũ præ mira operatione virtutum talis esset, vt Christus esse crederetur: non solum Christum non se esse respondit, sed & corrigiam calciamenti eius soluere, idest incarnationis

Textus.
Ioan.j.c
Ioã. baptistę clamor.
Textus
Lu. xviij.c
ps. ciij.
ps. lxiiij.
Michee.iiij
Matth.iij.
Ioan.j.c.
Marci.j.a.
Ioan.iij.a.

eius mysterium perscrutari, non se dignum esse perhibuit. eius sponsam esse ecclesiam credebāt: qui hunc (quia christus esset) æstimabāt. Sed ait. Qui habet spōsam, spōsus est. Ac si diceret. Ego spōsus nō sum: sed amicus sponsi sum. Nec ꝓpter vocem suā: sed in voce sponsi se gaudere ꝑhibebat. quia nō ideo lætabatur in corde: qm̄ a pp̄lis humiliter audiebatur loq̄ns: sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus: vt loq̄retur foris. Qđ bene gaudium impletū dicit, quia quisquis de sua voce gaudet: plenum gaudium nō habet. Aquo & subditur. Illum oportet crescere: me autem minui. Qua in re q̄rendum est: in quo creuit christus: in quo minutus est Ioānes: nisi ꝙ pp̄ls Ioannis abstinentiam vidēs, remotum hūc esse ab hoībus conspiciēs: eum esse christum putabat? Chr̄m vero cum publicanis comedētem: inter pc̄tōres ambulantē intuens: eum nō chr̄m sed ꝓphetam esse credebat. Sed dum ꝑ accessum tp̄is & chr̄s q̄ (ꝓpheta esse putabatur) chr̄s est agnitus: & Ioānes qui chr̄us (esse credebatur) ꝓpheta esse innotuit: impletū est, qđ de Chr̄o suus p̄cursor p̄dixit. Illum oportet crescere, me autē minui. In æstimatiōe quippe pp̄li & chr̄s creuit: quia agnitus est, qđ erat. & Ioānes decreuit: quia cessauit dici, qđ non erat. Igitur qm̄ & idem Ioānes ideo in sanctitate ꝑstitit, quia in cordis humilitate ꝑdurauit: & multi idcirco ceciderūt, quia apđ seipsos elata cogitatione tumuerūt. Dicatur recte. Omnis vallis implebitur: & omnis mōs & collis humiliabitur. quia humiles donū accipiunt: qđ se corda superbientiū repellunt. Sequitur. Et erūt praua in directa & aspera in vias planas. Praua in directa fiūt: cum malorum corda ꝑ iniustitiā detorta ad iustitiæ regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutātur: cum immites atq; iracūdę mētes ꝑ infusiōem supnæ gr̄æ, ad lenitatem māsuetudinis redeūt. Q ñ em̄ verbū veritatis ab iracūda mēte nō recipitur: quasi asperitas itineris gressum ꝑgentis repellit. Sed cum mēs iracūda ꝑ acceptā māsuetudinis gr̄am correctionis vel exhortatiōis verbū recipit: ibi planā viam p̄dicator inuenit: vbi prius pro aspitate itineris ꝑgere, idest p̄dicatiōis gressum ponere nō valebat. Sequitur. Et videbit omnis caro salutare dei. Quia oīs caro accipitur oīs homo: salutare dei videlicet chr̄m. Christum in hac vita omnis homo videre nō potuit. Vbi ergo in hac sentētia ꝓpheta ꝓphetiæ oculum: nisi ad extremum iudicij diem tetēdit? vbi cum aptis cælis ministrātibus angelis: consedentibus Apostolis in sede maiestatis suæ Christus apparuerit: omnes hunc & electi & reprobi pariter videbunt. Vt & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant: & iniusti in vltione supplicij in perpetuum gemant. Nam quia hoc ista sententia intendit: quod in extremo examine ab omni carne videbitur. recte subiungitur. Dicebat autem ad turbas quæ exibant: vt baptizarentur ab eo. Genimina viperarum: quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Ventura enim ira est animaduersio vltionis extremæ: quam nūc peccator fugere non valet. qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit.

Christ⁹ creuit & Ioannes minut⁹ est.

Ioan. iij. d.

Secretum euāgelij aperitur.

Esaie. xl. a.

Salutare dei videbit oīs caro q̄liter sit intelligendū.

Textus

Et notandum, q̄ malæ soboles, malorum parentum actiões imitantes, genimina viperarum vocãtur, quia per hoc, q̄ bonis inuident, eosq; persequuntur, q̄ quibusdam mala retribuũt, q̄ læsiones proximis exquirunt: qm̄ in his omnib⁹ priorum suorum carnalium viam sequũtur: quasi venenati filij de venenatis parẽtibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus: quia vsu male cõsuetudinis inuoluti sumus: dicit, quid nobis faciẽdum sit, vt fugere a ventura ira valeamus. Sequitur. Facite ergo fruct⁹ dignos pœnitẽtiæ. In quibus verbis notãdum est, q̄ amicus sponsi nõ solum fructus pœnitentiæ: sed dignos pœnitẽtiæ admonet esse faciendos, alid' namq; est fructum facere: alid' dignum pœnitẽtiæ fructum facere. Vt em̄ scd̄m dignos pœnitentię fructus loquamur: sciẽdum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur. Sicq; pietatis opera faciat, vt tamen si voluerit, ea quę mũdi sunt, relinquat. At si quis in fornicatiõis culpam vel fortasse (qd' grau⁹ est) in adulterium lapsus est, tãto a se debet illicita abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neq; em̄ par fruct⁹ esse boni operis debet eius: q minus, & ei⁹ qui amplius deliqt: aut eius q in nullis, & eius q in qbusdam facinorib⁹ cecidit, & eius q in multis est lapsus. Per hoc ergo qd' dr̄. Facite fructus dignos pœnitẽtiæ, vniuscuiusq; cõscientia cõuenitur, vt tãto maiora q̃rat bonorum operũ lucra per pœnitẽtiam, quãto grauiora sibi intulit damna per culpam. Sed Iudæi de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores nolebãt: qa de Abrææ stirpe descẽderãt. Quib⁹ recte dicitur. Et ne cœperitis dicere, patrem habem⁹ Abraam. Dico em̄ vobis, qa potens est Deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrææ. Quid em̄ lapides, nisi corda gentiliũ fuerint ad intelligẽdum verbum Dei patris omnipotẽtis insensibilia? Sicut etiam qbusdam ex Iudæis dr̄. Auferam cor lapideum de carne vestra. Neq; immerito lapidis nomine gẽtes significatæ sunt, q̃ lapides coluerũt. Vnde scriptum est. Similes illi fiant, q faciũt ea: & omnes q cõfidũt in eis. De qbus nimirum lapidib⁹ filij Abrææ suscitati sunt: qa dum dura corda gẽtilium in Abrææ semine. idest in Christo crediderũt, ei⁹ filij facti sunt, cuius semini vniti sunt. Vnde & eisdem gentib⁹ per egregium prædicatorem dr̄. Si autem vos Christi: ergo Abrææ semẽ estis. Si igitur nos per fidem Christi Abrææ iam semẽ existim⁹: iudæi propter perfidiam Abrææ filij esse desierũt. Qd' vero in illo tremẽdi examinis die parẽtes boni malis filijs ꝓdesse non poterũt: testatur ꝓpheta, q dicit. Noe & Daniel & Iob si fuerint in medio eorum, viuo ego dicit Dn̄s, qa filium & filiam nõ liberabũt, sed ipsi iusticia sua liberabũt animas suas. Et rursum. q̄ boni filij nihil malis parẽtibus prosint, sed ad reatum poti⁹ malorum parẽtum proficiet bonitas filiorum, ipsa per se veritas iudæis nõ credẽtibus dicit. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. Seqtur. Iam em̄ securis ad radicem arboris posita est. Omnis em̄ arbor, q̃ nõ facit fructum bonum

Viperarũ genimina vocant malę soboles.

Textus.

Fruct⁹ facere: & dignum pęnitẽtię fructuz facere: sunt diuersa.

Luce. iij. a.
Textus

Ezech. xj. b

ps. cxiij

Ad ga. iij. d

Eze. xiiij. c.

Luce. xi. c.
Textus

Redēptor nr̄ dr̄ securis

Arbor non faciens fructū in ignē mittetur.

excidetur:& in ignem mittetur. Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster:qui velut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate:sed incidit ex diuinitate. Quæ videlicet securis iā ad radicem arboris posita est, quia & si per patiētiam expectat, videt tn̄ quid facturā est. Omnis em̄ arbor nō ferens fructum bonū excidetur, & in ignē mittetur, quia vnusquisq; peruersus paratam citius gehēnæ cōcrematiōem inueniet: qui hic fructum boni operis facere cōtempsit. Et notādum, q̄ securim nō iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum em̄ malorum filij tollūtur: quid aliud q̄ rami infructuosæ arboris abscindūtur? Cum vero tota simul progenies cum parēte tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est. ne iam remaneat vnde praua iterum soboles succrescat. In quib9 Ioānis baptistæ verbis cōstat, q̄ audiētium corda turbata sunt: cum protin9 subinfertur. Et interrogabāt eum turbæ dicētes. Quid ergo facimus? Percussæ em̄ terrore fuerāt, q̄ consilium quærebāt. Sequitur. Respōdēs autem dicebat iills. Qui habet duas tunicas det nō habenti, & qui habet escas similiter faciat, Per hoc q̄ tunica plus est necessaria vsui nostro, q̄ palliū ad fructum dignum pœnitētiæ, vt nō solum exteriora queq; & minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus: scilicet, vel escam qua carnaliter viuimus, vel tunicam qua vestimur. Quia em̄ in lege scriptum est. Diliges proximum tuum sicut teipsum: minus proximū amare cōuincitur: qui nō cum eo in necessitate illius (etiam ea, q̄ sibi sunt necessaria) partitur. Idcirco ergo de diuidēdis cum proximo duabus tunicis datur præceptum, quia hoc de vna dici nō potuit, quoniam si vna diuiditur: nemo vestitur. In dimidia quippe tunica & nudus remanet, qui accipit, & nud9 qui dedit. Inter hæc autem sciendum est, quātum misericordiæ opera valeant, cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiūtur. Hinc em̄ per semetipsos veritas dicit. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hinc rursus ait. Date & dabitur vobis. Hinc scriptū est. Ignem ardētem extinguit aqua, & Eleemosyna resistit peccatis. Hinc iterum dicitur. Cōclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit. Hinc bonus pater innocētem filium ammonet, dicēs. Si multum tibi fuerit: abundāter tribue, si exiguum fuerit: etiam exiguū libēter impertiri stude. Vt autem quāta esset virtus in cōtinentia & susceptiōe indigentium, Redemptor noster ostēderet, dixit. Qui recepit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. In quibus verbis notādum est, quia nō ait mercedem de propheta, vel mercedem de iusto, sed mercedem prophetæ, & mercedē iusti accipiet. Aliud est em̄ merces de Propheta, & aliud merces prophetæ. Atq; aliud merces de iusto, aliud merces iusti. Quid est em̄ dicere mercedem Prophetæ accipiet: nisi quia is qui Prophetam sua largitate sustētat: quamuis ipse Prophetiam non

Textus

Textus

Mat. xxij. d

Leui. xix. d

Luce. xj. f.

Luce. vj. f.

Eccle. iij. d.

Ecl'. xxix. b.

Tob. iiij. b.

Mat. x. d.

Mercedē p̄phete & mercedem d̄ p̄pheta accipere: differunt.

habeat, apd' omnipotentem tamē dñm Prophetæ præmia habebit. Iste em̄ fortasse iustus est. Et quāto in hoc mūdo nihil possidet: tanto loqndi pro iusticia fiduciam maiorem habet. Hūc dum ille sustētat, qui in hoc mūdo aliquid possidet, & fortasse pro iusticia adhuc loqui libere nō præsumit, iusticię illius libertatem sibi principem facit. vt cū eo pariter iusticiæ pręmia recipiet, quem sustentādo adiuuit, quatenus eādem iusticiam libere loqui potuisset. Ille prophetiæ spiritu plenus est, sed tamē corporeo eget alimēto. Et si corpus nō reficitur certū est, ꝙ vox ipsa subtrahetur. Qui igitur alimētum Prophetæ propter hoc ꝙ Propheta est, tribuit, prophetæ illi⁹ vires ad loqndum dedit. Cū propheta ergo mercedem prophetæ recipiet, quia & si spū prophetiæ plenus nō fuit, hoc tamē ante dei ocłos exhibuit, qd' habuit. Hinc est, qd' de quibusdam peregrinātibus fratribus Caio & Aristarcho per Ioānem dicitur. Pro nomine em̄ Christi profecti sunt. nihil accipiētes à gētilibus. Nos ergo debem⁹ suscipere hmōi, vt cooperatores simus veritatis. Qui em̄ spūalia dona habētibus temporalia subsidia tribuit, in ipsis donis spūalibus cooperator existit. Nam cū pauci sint, qui spūalia dona percipiūt, & multi qui rebus temporalibus abūdant, per hoc se virtutibus pauperū diuites inserūt, ꝙ eisdem sanctis pauperibus ꝗ de suis diuitijs satiātur. Vnde cū per Esaiæ vocem dñs derelictæ gētilitati, idest sanctæ Ecclesiæ spūalium virtutum merita tanquam deserta arbusta promitteret, vlmū quoque pariter promisit dicēs. Ponam desertū in stagna aquarū, & terram inuiam in riuos aquarū. Dabo in solitudine cedrū & spinam, myrtū & lignū oliuæ. Ponam in deserto abietem vlmū & buxū simul, vt videāt & sciāt & cogitēt & intelligāt pariter. Desertū quippe dñs in stagna aquarū / & terram inuiam in riuos aquarū posuit, quādo gētilitati, q̄ prius per ariditatem mētis nullos bonorū operū fructus ferebat, per fluēta sanctæ prædicatiōis dedit. Et ipsa ad quam prius pro asperitate suę siccitatis via pręedicatoribus nō patebat, doctrinæ postmodū riuos emanauit. Cui adhuc ex mūere magno promittitur. Dabo in solitudine cedrū & spinam. Cedrū qa magni odoris est atq; imputribilis naturæ / iura accepimus in ꝑmissiōe. De spina vero cū peccāti homini dictū sit. Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi: quid mirū si scte ecclesiæ illd' ꝑmittitur, qd' peccāti homini pro pœna multiplicatur? Sed cedri designantur nomine: hi qui virtutes & signa exhibēt in sua operatiōe, qui dicere cū Paulo valēt. Christi bonus odor sumus deo. Quorū corda ita interno amore solida sunt: vt ea iam terreni amoris putredo nulla corrūpat. Per spinam vero signati sunt doctrinæ spiritalis viri: qui dum de peccatis ac virtutibus disserūt & modo æterna supplicia minātur: modo cœlestis regni gaudia promittūt: corda audiētium pungunt. Sicq; mentem dolore compunctionis perforant: vt ab eorum oculis quasi quidam sanguis animæ lachrymæ decurrant. Myrtus vero temperatiuæ virtutis est: ita vt dissoluta mēbra temperādo cōstringat:

Corp⁹ si nō reficit vox ipsa subtrahitur.

iij. Ioā. i. c.

Dona spūalia ꝑcipiūt pauci.

Esaię. xli. c.

Desertū in stagna aq̄ꝝ posuit dñs.

Ibidem

Genesi. iij. c

Cedrus qd designat.

ij. Cor. ij. b.

Pdicatores possunt spinę dici.

Quid igitur per myrtũ, nisi hi designati sunt, qui afflictiõibus proximorum compati sciũt, eorumq; tribulatiõem per compassionem temperant? Iuxta hoc, qd' scriptum est. Gratias autem Deo, q cõsolatur nos in omni tribulatiõe nostra, vt possim⁹ & ipsi cõsolari eos, q in omni pressura sunt. Qui dũ afflictis pximis verbum vel opem cõsolatiõis ferũt, eos proculdubio ad statum rectitudinis restringũt, ne immoderata tribulatiõe in desperatiõem soluantur. Quos autem per oliuam, nisi per misericordes accipim⁹: qa & grecæ oleos, misericordia vocatur, & quasi oliuæ liquor ante dei omnipotentis oculos misericordiæ fruct⁹ lucent? Cui adhuc in promissiõe subiũgitur. Ponam in deserto abietem, vlmum & buxum simul. Quid per abietem quæ valde crescẽdo ab aëris alta sustolitur: nisi hi designati sunt, q intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporib⁹ positi, iam cælestia cõtemplantur? Et quamuis de terra nascẽdo exierũt, contemplãdo tamẽ, iam iuxta æthera verticem mẽtis extollũt. Et qd per vlmum, nisi secularium mẽtes expressæ sunt, q̃ dum terrenis adhuc curis inseruiũt: nullum virtutum spiritualium fructũ ferũt? Sed si fructum proprium vlmus non habet, portare tamẽ vitem cum fructu solet. Quia & sæculares viri intra sctãm ecclesiam, quamuis spũalium virtutum fructũ nõ habeãt, dũ tamẽ sctõs viros spũalib⁹ donis plenos sua largitate sustentãt, quid alid' quam vitem cum botris portant? Buxus autẽ quos alios designat, q̃ in altum nõ proficit, & quamuis fructũ non habet, viriditatem tamẽ habet, nisi eos q intra sctãm eccl'iam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera facere nõ valent, sed tamẽ parẽtum fidelium credulitatẽ seqñtes, fidem perpetuæ viriditatis tenẽt? Post q̃ omnia apte subiũgitur. Vt videant, & sciãt, & cogitẽt, & intelligãt pariter. Ad hoc em̃ cedrus in ecclesia ponitur, vt qsquis a proximo odoramina virtutum spũalium trahit: ipse quoq; in æternæ vitæ delectatiõe nõ torpeat, sed ad donorum cælestiũ desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur: vt qui prędicatiõis ei⁹ verbo compũctus fuerit: ipse quoq; exemplo illius discat corda seqñtium prędicatiõis verbo compũgere. Ad hoc myrt⁹ ponitur, vt qui in ardore tribulatiõis ab ore vel opere proximi compatiẽtis temperamẽtum cõsolatiõis acceperit: ipse etiã discat quemadmodum afflictis proximis suæ consolationis temperamentum proferat. Ad hoc oliua ponitur, vt qui alienæ misericordię opera cognoscit, discat quemadmodũ debeat indigẽti proximo, & ipse misereri. Ad hoc abies ponitur, vt si quis vim cõtemplatiõis alicui⁹ agnouerit, ipse quoq; ad cõtemplanda æterna præmia succẽdatur. Ad hoc vlm⁹ ponitur, vt quisquis intuetur eum, qui habere fructum virtutum spũalium nõ valet, sed tamẽ & eos qui spũalibus donis pleni sunt sustẽtat, ipse quoq; sctõrum vitæ quanta valet largitate inseruiat, & cælestium donorum botros, quos gignẽdo non valet, sustentãdo ferat. Ad hoc buxus ponitur: vt qui habere multos adhuc in firmitate positos veræ fidei viriditatẽ cõsiderat esse, ipse infidelis erubescat.

Bene

Marginal notes: 2. corin. i. a. — Oliua misericordes notat. — Esa. xli. — Abies quos representat. — Vlmus qs designat. — Buxus qs designat. — Quare i ecclesia iste arbores ponuntur.

Bene ergo descriptis prius arborib9 dr̃:vt videant:sciãt & recogitent & intel ligant. Vbi & aptæ subiungit/pariter:quia cũ intra sctãm ecclíam diuersi hoim mores:diuersi sunt & ordines:necesse est,vt omnes siml' discant:dum in ea spũales viri diuersæ q̃litatis/ætatis/& ordinis:ad imitandum simul vi dent.Sed ecce nos dum mõstrare vlmum q̃rimus / p mlta arbusta longius euagati sumus. Ad hoc itaq; ꝓpter qd' ꝓphetæ testimonium protulimus/ reuertamur.Qui recipit ꝓphetam in nomine ꝓphetæ: mercedem ꝓphetæ accipiet. Quia & si vlmus fructũ non habet/vitã tñ cum fructibus portãs/ hæc ipsa sua efficit/q̃ bñ sustentat aliena. Quia vero ad magna nos opera Ioãnes ãmonet/dicẽs.Facite ergo fruct9 dignos pœnitẽtię, & rursus q habet duas tunicas,det non habẽti:& qui habet escas.siĩr faciat.Iam patẽter datin telligi/quid est,qd' veritas dicat.A diebus Ioãnis baptistæ vsq; nunc:regnum cælorum vim patit/& violenti rapiũt illd'. Quæ supnæ verba sententiæ/ nobis sunt magnopere pscrutãda.Nam q̃rendum est/quomodo vim per peti regnũ cælorum possit. Quis em̃ cælo violẽtiam irrogat? Et rursus q̃ rendũ est. Si pati vim regnũ cælorum potest/cur eãdem vim a dieb9 Ioãnis baptistæ/& nõ etiam ante ptulerit?Sed cum lex dicat/si qs hæc vel illa fecerit morte moriat/cũctis legẽtib9 liq̃t/qa pctõres quosq; pœna suæ seueritatis ꝓ tulit/non autem p pœnitentiam ad vitã reduxit.Cum vero Ioãnes baptista redemptoris gr̃am p̃cedens pœnitẽtiam p̃dicat/vt peccator,qui ex culpa est mortuus/p cõuersionem viuat/,pfecto a diebus Ioãnis baptistæ regnũ cęlo rum vim patit.Quid est autẽ regnũ cælorũ:nisi locus iustorum? Solis em̃ iustis cælestis patriæ præmia debent:vt humiles/casti/mites/atq; misericor des/ad gaudia supna pueniãt.Cum vero qs/vel supbia tumidus/vel carnis facinore pollut9/vl' iracũdiæ facib9 accẽsus/vl' crudelitate impius/post cul pas ad pœnitentiã redit/& vitã æternã pcipit/q̃si in locũ peccator intrat alie num,A dieb9 ergo Ioãnis baptistæ regnũ cælorũ vim patit/& violenti ra piũt illd'/qui quia pœnitentiã peccatoribus indixit/qd alid' q̃ regno cęlorũ fieri violentiã docuit? Recogitemus ergo fratres charissimi mala q̃ facimus/ & nosmetipsos assiduis lamẽtis atteramus/vt hæreditatẽ iustorũ,quã nõ te nuimus per vitã/rapiamus per pœnitentiã.Vult a nobis oĩps Deus talẽ vio lentiã per pœnitentiã perpeti.Nam regnũ cælorũ rapi vult nr̃is fletibus/qd' nr̃is meritis nõ debet. A spei ergo certitudine nulla nos malorum nr̃orum q̃litas/nulla quãtitas frãgat.Prestat magnã veniæ fiduciã latro ille venerabi lis/qui nõ inde venerabilis vnde latro Nam Latro ex crudelitate/venerabi lis ex cõfessione.Cogitate ergo.cogitate q̃ sint incõprehensibilia in omnipo tenti Deo misericordiæ viscera.Latro iste cruẽtis manibus abstractus/a facie itineris suspẽsus est in patibulũ crucis.Ibi cõfessus est/ibi sanatus est. ibi audi re meruit.Hodie mecũ eris in paradiso.Quid est hoc? Quis tantã bonita tem dei dicere possit? quis æstimare sufficiat? De ipsa pœna criminis pue

Matt.x.d.

Mat.xi.b.

Regnũ ce lorũ patit vim.

Regnũ ce lorũ est loc9 iustorũ.

violẽti ra piũt cęlũ.

Latro bo n9 q̃ voca bat dimas magnã pęstat peccatori bus veniæ fiduciã.

Luc.xxiij.f.

minorem p̄re/quia creaturam crederent. Etiam hos damnat euangelic⁹ ser/mo, qui dicit. Omnia per ip̄m facta sunt/ & sine ipso factum est nihil. Si em̄ nihil creaturā sine ipso factum est/patet ꝑfecto, quia ipse creatura nō est. per quem omnis creatura facta est. Et ne quis audiens factam per deum creaturam, mutabilem crederet ei⁹ voluntatem/quasi subito vellet facere creaturam/quā ab æterno nunq̄ fecisset/manifeste docet Euangelista factā quidem in tempore creaturā: sed in æterna creatoris sapiētia qn̄ & qualis crearet͂ semper fuisse dispositum. & hoc est qd̓ ait. Qd̓ factum est/in ipso vita erat. Idest, qd̓ factum in tempore vita carēs apparuit, omne in hoc spūali factoris ratione semper vixerat & viuit. Non quia coęternum est creatori qd̓ creauit, sed q̄uia coęterna est illi ratio voluntatis suæ, in q̄ ab æterno habuit & habet quid & qn̄ crearet: qualiter creatum gubernet vt maneat: ad quem finem singula q̄ creauit, perducat. Sequitur. Et vita erat lux hoīm. Quo verbo aperte docet͂: ꝙ ipsa vitalis ratio ꝑ quam omnia disposita sunt & regunt͂: nō oēm creaturam: sed rationabilē tm̄: vt sape possit/illuminat. Homines nāq̄ qui ad imaginē dei facti sunt, ꝑcipe sapiētiam possunt, animalia cætera non possunt. Sed & animalis quicunq̄ est homo, non ꝑcipit ea q̄ sunt spūs Dei. vnde bn̄ cum dixisset: & vita erat lux hoīm, subiunxit. Et lux in tenebris lucet: & tenebræ eam nō compħenderunt. Lux quippe est hominum Chr̄s: q̄ omnia (q̄ illuminari merent͂) corda hominū suę p̄sentia cognitionis illustrat. Tenebræ autem stulti sunt & iniqui: quorū cęca p̄cordia lux æternę sapiētiæ q̄lia sunt māifeste cognoscit: quāuis ipsos radios eiusdē lucis nequaq̄ capere ꝑ intelligētiam possint. Veluti si cuilibet cæco iubar solis ostendit͂, nec tamen ipse solem ei⁹ lumine perfusus aspiciat. Sed nō tamē tales omnino superna pietas despexit/ verum medelam eis salutis, qua ad videndam lucem ꝑuenire possint, adhibuit. Ipsa lux inuisibilis: ipsa dei sapientia (in qua videri possit) induta est carne: q̄ in habitu hominis apparens & loq̄ns hominibus/ paulatim fide purificata eorū corda ad cognitionē suæ diuinæ visionis ꝑueheret. Missus est ante illum homo magni meriti, cuius testimonio pararētur omnes ad audiēdam (mox vt appareret) ipsam dei sapiētiam. Ad videndū ipsum solem iusticiæ nube iam corporis tectum: idest ad vidēdum, audiendumq̄ hominem: qui Deus esset plenum gratiæ & veritatis. Fuit homo (inquit) missus a Deo: cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non ait: vt omnes crederent in illū. Maledictus homo q cōfidit in homine. & ponit carnem brachium suum, sed vt omnes crederent per illum. Hoc est: per illius testimonium crederent in lucem, quam necdum videre nouerant/Deum videlicet ac Dominum nostrum Iesum Christum/qui de seipso testatur. Ego sum lux mūdi. qui sequitur me, nō ambulat in tenebris/sed habet lumē vitæ. Sequit͂. Nō erat ille lux/sed vt testimoniū phi

Textus

Solā creaturā rōnalē vt sape possit illūinat deus.

Aialis hō non ꝑcipit q̄ sunt spūs dei.

Textus.

Stlti & ini q̄ tenebrę sunt.

Textus.

Hie. xvij. a.

Ioā. viij. b.

Textus.

beret de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hominē venientem in hunc mūdum. Et sancti quidem homines lux sunt recte vocati: dicēte ad eos dño, Vos estis lux mūdi. Et apl'o Paulo, Fuistis em̄ aliq̄n tenebræ: nunc autē lux in dño. Sed multum distat inter lucem q̄ illuminatur: & lucem q̄ illuminat. inter eos qui participatiōem veræ lucis accipiunt vt luceant: & ipsam lucem peppetuam: quæ nō solum lucere in seipsa: sed sua p̄sentia quoscunq; attigerit: illustrare sufficit. Ad cuius comparationem veræ lucis non tm̄ minores quilibet electi: verumetiam ipse Ioānes: quo maior inter natos mulierum nō surrexit: lux nō esse asseritur: vt videlicet non esse Chr̄s (qđ putabať) monstraret. Ille em̄ (vt scriptum est) erat lucerna ardens. Ardens scilicet fide & dilectione: lucens verbo & actione. Gr̄am verę lucis pectoribus infundere, solius est eius de quo dr̄: Erat lux vera q̄ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Omnem, videlicet: qui illuminatur siue naturali ingenio: seu sapientia diuina. Sicut em̄ nemo a seipso esse potest: ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest: sed illo illustrante. De quo scriptum est. Omnis sapientia a dño Deo est. Cuius vtramq; naturam, & diuinam videlicet: qua semp̱ vbiq; totus manet: & humanam: ex qua in tempore natus loco inclusus apparuit: conseq̄nter euangelista describit dicēs. In mūdo erat: & mundus p̱ ip̄m factus est. & mūdus eum nō cognouit. In ꝓpria venit: & sui eum nō receperunt. In mūdo qppe erat: & mūdus p̱ ip̄m factus est, quia deus erat, quia totus vbiq;, quia suæ p̄sentia maiestatis sine labore regit: & sine onere continet qđ fecit. Et mūdus eū nō cognouit: quia lux in tenebris lucet: & tenebræ eam nō comp̄henderūt. Mundū nāq; hoc loco dicit hoīes mūdi amore deceptos: atq; inhærēdo creaturę ab agnoscēda creatoris sui maiestate reflexos. In ꝓpria venit: quia in mūdo, quē p̱ diuinitatē fecit: p̱ humanitatē apparuit. In ꝓpria venit: quia in gente iudæa: quā sibi p̄ceteris natiōibus speciali gr̄a copulauerat: incarnari dignatus est. In mūdo ergo erat: & in mūdum venit. In mūdo erat p̱ diuinitatē. In mūdū venit p̱ incarnationem. Venire quippe vel abire hūanitatis est: manere diuinitatis. Quia ergo cū in mūdo esset p̱ diuinitatē: mūdus eū nō cognouit: dignatus est venire in mūdū p̱ hūanitatē. vt vel sic eū mūdus cognosceret. Sed videamus qđ sequitur. In ꝓpria venit, & sui eum nō receperūt. Quē em̄ in potētia deitatis cūcta creantē regentemq; nō cognouerant, ip̄m in carnis infirmitate miraclis coruscantē recipe noluerunt. Et qđ grauius est, sui eū nō receperūt, homines scilicet: quos ipse creauit. Iudæi, quos peculiarem sibi elegerat in plebem, quibus suæ cognitionis reuelauerat arcanum, quos mirificis patrum glorificauerat actibus, quibus suę legis doctrinam contulerat. Ex quibus se incarnandum promiserat, & in quibus se incarnatum (vt promiserat) ostendit: ipsi eum recipere venientem magna ex parte recusarunt. Neq; enim eum omnes recusarunt, alioquin nullus esset saluus. Nunc autem multi eum ex vtroq; populo credendo recepe-

Sancti homines lux vocantur.
Mat. v. b.
Ephesi. v.
Mat. xi. b.
Ioan. v. f
Sicut a se ipso nemo eē p̄ōt ita a seipso nemo sapiēs esse potest.
Eccl. j. a
Textus
Mund' qs deignat.
Venire humanitatis: manere diuinitatis.

runt. de quibus euangelista conseq̃nter insinuat dicens. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomi- ne eius. Cõsideremus fratres charissimi, quãta grã Redemptoris nr̃i: q̃ magna sit multitudo dulcedinis eius. Vnicus ex pr̃e natus est, & noluit remanere vnus. Descẽdit ad terram/vbi fratres sibi: quibus regnum pr̃is sui dare posset, acquireret. Deus ex deo natus est. et noluit esse dei tm̃ filius: fieri homo dignatus est: nõ admittẽs qđ erat: sed assumẽs qđ non erat: vt p hoc homines in dei filios transferret: gl̃iæq̃ suæ faceret cohæredes: qui qđ ipse semper habebat p naturam, incipent habere per grãm. Cõsideremus quãta virt9 est fidei: cuius merito potestas datur hoĩbus filios dei fieri. Vnde bene scriptum est: quia iustus ex fide viuit. Viuit em̃ iustus ex fide: non illa q̃ labiorum tm̃ cõfessione pfertur: sed ea q̃ per dilectiõem opatur. Alioquin (fides si non habeat opa) mortua est in semetipsa. Nullus seip̃m despiciat: nullus de sua salute desperet. Curramus oẽs: curramus singuli: vt qui eramus lõge: mereamur fieri ppe in sanguine chr̃i. Videamus qđ dr̃. Quia quotquot receperũt eũ: dedit eis potestatem filios dei fieri. Quotquot (inquit) receperunt: non est em̃ psonarum acceptor deus: sed in omni gente, q̃ timet eum, & opatur iustitiã, acceptus est illi. Quo autem ordine credẽtes filij dei possunt fieri: & quantũ hæc gñatio a carnali distet: subsequutus euãgelista designat. Qui non ex sanguinibus (inquit) neq̃ ex volũtate carnis, neq̃ ex volũtate viri. sed ex deo nati sunt. Carnalis quippe nr̃a singulorum gñatio ex sanguinibus: idest ex natura maris & fœminæ a complexu cõiugij duxit originem. At vero sp̃ualis generatio sp̃ũssancti grã ministratur: quã a carnali distinguens Dñs ait, Nisi qui renat9 fuerit ex aqua & sp̃ũ sancto, nõ potest introire in regnum dei. Qđ natum est ex carne/caro est, & qđ natum est ex sp̃ũ, sp̃ũs est. Verũ ne quis hominum dubitet filium esse dei: dat exemplum euãgelista. Quia & ipse filius dei homo fieri: & inter homines habitare dignat9 est: vt humanæ particeps existẽdo fragilitatis, homines diuinæ virtutis suæ donaret esse participes. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Qđ est dicere, & filius dei homo fact9 est, & inter homines cõuersatus est. Solet nãq̃ scriptura modo animæ, modo carnis vocabulo totum designare hominẽ. Animæ videlicet, vt scriptum est. Quia descẽdit Iacob in ægyptum in animabus septuaginta. Carnis vero (vt rursus scriptum est.) Et videbit omnis caro salutare dei. Neq̃ em̃ vel animæ sine corporib9 descendere in ægyptũ, vel caro sine anima videre aliqđ potest. sed hic p animam tot9 homo: ibi significatur p carnem. Sic ergo hoc loco qđ dr̃. Et verbũ caro factũ est, nihil aliud debet intelligi, q̃ si diceret, & de9 homo fact9 est, carnem videlicet induẽdo & aiam. vt sicut quisq̃ nr̃m vn9 homo ex carne cõstat & anima, ita vnus ab incarnatiõis tpe Chr̃s ex diuinitate, carne & anima cõstet. Deus ab æterno in æternum existẽs verus, vt erat: hominem ex tempore assumẽs in vnitatem

Textus (margin, l.1) · Quare de9 dignat9 est fieri homo (margin) · Abac. ij. a. (margin) · Fides sine opib9 mortua est. (margin) · Actuũ. x. c (margin) · Textus. (margin) · Joan. iij. a. (margin) · Joã. ibidẽ. (margin) · Textus. (margin) · Geñ. xlvj. c (margin) · Luce. iij. b (margin)

suæ psonę verá(quam nõ habuerat)induit carnem. Sequitur. Et vidim⁹ gl̃iam eius, gl̃iam quasi vnigeniti a patre plenum gr̃æ & veritatis. Gl̃iam chr̃i: quam ante incarnatiõem videre nõ poterant homines, post incarnationem viderunt. aspicientes humanitatem miracl̃is refulgẽtem: & intelligentes diuinitatem intus latitãtem. Illi maxime qui & eius claritatem ante passionẽ trasfigurati in mõte scto cõtemplare meruerunt: voce delapsa ad eũ huiusce modi a magnifica gl̃ia. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bñ complacuit. Et post passiõem resurrectiõis/ascẽsionisq; / ipsius gl̃ia conspecta, spũs ei⁹ sunt dono mirifice refecti. Quibus omibus manifeste cognouerũt: q̃ hm̃oi gl̃ia non cuilibet sctorum: sed illi solum homini, qui esset in diuinitate vnigenitus a p̃re, cõueniret. Qd' autem seq̃tur. Plenum gr̃æ & veritatis. Gl̃ia plenus erat idem homo chr̃s Iesus: cui singl̃ari munere p̃cæteris mortalibus datum est: vt statim ex quo in vtero virginis concipi/ & homo fieri incipet: verus esset & deus. Vnde & eadem gl̃iosa semp̃ v̄go Maria: nõ solum hoĩs chr̃i: sed & dei genitrix recte redẽda & confitẽda est. Idem veritate plenus erat, & ipse est. Ipse videlicet verbi diuinitate, q̃ hominem illum singulariter electum, cum quo vna chr̃i psona esset: assumere dignatus est. Non aliquid suæ diuinæ substãtiæ (vt hæretici volũt) in faciẽdam hoĩs naturam commutans, sed ipse apd' p̃rem manẽs totum, qd' erat: totam de semine Dauid naturam veri hoĩs: quam nõ habebat, suscipiẽs. Vñ oportet fr̃es charissimi: vt qui humanam redemptoris nr̃i natiuitatem hodie annua deuotione recolimus, & diuinam pariter & humanã eius naturã nõ ãnuo: sed cõtinuo semp̃ amplectamur amore. Diuinam/p̃ quã creati sumus, cum nõ essemus, humanam/p̃ quã recreati sumus: cum p̃diti essemus. Et quidem diuina conditoris nr̃i v̄tus sine assumptiõe humanitatis nos recreare erat idonea. Vna autem eiusdẽ redemptoris nr̃i infirmitas sine assumẽte se/ & inhabitãte in se, & operante p̃ se diuinitate nos recreare nequiuit. Atq; ideo verbũ caro factum est. idest deus homo factus est. Et habitauit in nobis, vt per cognitum nobis hominis habitum, in nobis conuersando congrue nos ad loquendum instruere: nobis viuendi viam p̃bere, p̃ nobis cõtra hostem cõfligere, nr̃am mortẽ moriẽdo ac resurgẽdo posset destruere. Per quã coęternã vero deo p̃ri diuinitatem nos interius viuificando/ad diuina sustolleret. remissionemq; nobis pctorũ pariter & spũssancti dona cõcederet: & post bonorũ perfectionẽ operum/nõ solum nos ad videndam gl̃iam clarificatæ suæ perduceret humanitatis: sed incommutabilẽ nobis essentiam suæ diuinæ maiestatis ostenderet.

Chr̃s ab incarnatiõis tp̃e ex diuinitate carne & aĩa cõstat verus homo.

Luce.iij.c.

Textus

Gl̃iosa v̄go maria nõn solũ christi sʒ & dei genitrix credenda est.

Hũanitas xp̃i nequit nos recreare sine diuinitate: diuinitas vero recte potuit.

℄ Segmentum ex Euangelio Lucæ capite. ij. littera. C. quod canitur in die Circuncisionis Domini nostri:

IN illo tempore. Postq̄ consummati sunt dies octo vt cir cuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. Quod vo catum est ab angelo, priusq̄ in vtero conciperetur. Et re liqua.

¶ Homilia venerabilis Bede p̄sbyteri.

SAnctam venerandamq̄ p̄sentis festi memoriam paucis quidem verbis euangelista comprehendit, sed non pauca cælestis mysterij virtute graui dam reliquit. Exposita namq̄ natiuitate dñica (cuius gaudia mox ange li dignis laudibus extulerūt, pastores deuota visitatiōe celebrarunt, omnes q̄ tunc audiere mirati sunt; nos quoq̄ p̄ modulo nostro, p̄ut potuimus, p̄xi me dño largiente cōgruis missarum hymnorumq̄ solēnijs exigimus) subiū git atq̄ ait. Et postq̄ consummati sunt dies octo, vt circunciderettur puer, vocatum est nomen eius Iesus. qđ vocatum est ab angelo, priusq̄ in vtero cōciperet̃. Hæc sunt festiuitatis hodiernæ gaudia venerāda, hæc solennitas diei, hæc illa supernæ pietatis munera sacrosancta, q̄ fidelium cordibus com mendās apostolus ait. Quia vbi venit plenitudo temporis. misit deus filiū suum natum ex muliere, factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redime ret, vt adoptiōem filiorum reciperemus. Magna namq̄ dispēsatione pietatis ad redemptiōem gñis humani deus pr̃ non angelū, non archangelum, sed filium suū vnigenitum mittere dignatus est. Quem quia in diuinitatis suæ specie videre nequiuimus, magna rursum dilectionis arte p̄uidit, vt hūc fa ctum ex muliere, hoc est ex maternæ carnis substantia sine virili admixtiōe cōceptum: ad humanos verum hominem p̄ferret aspectus. Qui in diuina ꝟture ac substantia manens per omnia qđ erat, veram naturæ mortalis in firmitatem, quā non habebat indueret. Et vt nobis necessariam obediēdi vir tutem p̄cipuo cōmendaret exēplo: factū sub lege filiū suū misit deus in mun dum. Non quia ipse legi quicq̄ debeat, qui vnus magister nr̃, vnus est legisla tor & iudex, sed vt eos qui sub lege positi, onera portare nequiuerāt: sua cō passione iuuaret, ac si de seruili cōditiōe q̄ sub lege erat, ereptos in adoptiōem filiorum q̄ per grãm est: sua largitate reduceret. Suscepit igit̃ circūcisionē le ge decretā in carne, q̄ absq̄ omni p̄rsus labe pollutiōis apparuit in carne. Et qui in similitudinem carnis pcc̃i, non aūt in carne pcc̃i aduenit, remediū quo caro pcc̃i cōsueuerat mūdari, nō respuit. Sic etiam vnda baptismatis, q̄ nouæ grãæ pp̄los a pc̃torum sorde lauari voluit ipse non necessitatis, sed exēpli cau sa subijt. Scire etem̄ debet vr̃a fraternitas, q̄a idem saluiferæ curationis auxi lium circūcisio in lege cōtra originalis pcc̃i vulnus agebat, qđ nunc baptis mus agere, reuelāte grãæ tp̄e cōsueuit. excepto q̄ regni cælestis ianuam necdū intrare poterāt, donec adueniens bñdictiōem daret, qui legē dedit (vt videri possit) deus deorū in Sion. Tm̄ in sinu Abrahæ post mortē btæ requiei conso lati, supnæ pacis ingressum spe fœlici expectabāt. Qui em̄ nūc p̄ euāge

Textus.

Ad ga. iiij. a

Xp̄s fact9 sub lege ni hil lege de bebat.

Circūcisio i lege vete ri qđ age bat.

Joan. iij. a.

lium suum terribiliter ac salubriter clamat. Nisi qui renatus ex aqua & spũ sancto, nõ potest introire in regnum dei. Ipse dudum per legem suam clamabat. Masculus cuius præputij caro circũcisa nõ fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia pactũ meũ irritũ fecit. idest. quia pactũ vitæ in paradiso hominibus mãdatũ Adam præuaricãte trãsgressus est, in quo omnes peccauerũt, peribit de cœtu sanctorũ, si nõ ei fuerit remedio salutari subuentũ. Vtraq; ergo purificatio circũcisionis, videlicet in lege & in euãgelio baptismatis, tollẽdæ præuaricatiõis primæ gr̃a, posita est, & ne cui sctõ labentis ætatis superni respectus mũera deessent: illi quoq; q mũdi in exordio vsq; ad tẽpora datæ circũcisiõis, vel post datam circũcisiõem, de alijs natiõibus deo placuerũt: vel hostiarũ oblatiõibus, vel certe sola fidei ṽtute suas suorũq; animas creatori cõmẽdãtes, ⁊ primi reatus vinclis absoluere curabãt. Sine fide em̃ impossibile est placere deo. Et sicut alias scriptũ est. Iustus aũt ex fide viuit. Sed veniẽs in carnẽ dei filius, solã carnis naturã, nullã aũt pct̃i cõtagiõem traxit de Adã: & quia spũ sct̃i ṽtute de ṽgine cõceptus & natus est, & nullo eguit mũere gr̃e renascẽtis, vtrũq; genus purificatiõis subire dignatus est. Et circũcisus videlicet a parẽtibus octaua die natiuitatis, & tricesimo ætatis anno baptizatus a Ioãne. immo etiã tertiũ salutaris hostiæ munus ipse dñs tẽpli ꝓ se nõ respuit offerri. Cuius die hinc tricesima tertia, dño opitulante, vr̃a charitas auditura simĺ est, & celebratura mysteriũ. Cũcta inquã & legalis & euãgelicæ purificationis gr̃a, qui nullo indiguit, dñs suscipe nõ despexit: vt & cõsumãdæ iã legis decreta suo tp̃e doceret esse saluberrima, & aduenıẽtis euãgelij cũctis fidelibus ostẽderet aq̃ subeũda remedia. Sed & hoc qᵭ eodẽ die suæ circũcisionis nomẽ, vt Iesus vocaret̃ accepit: ad imitatiõem priscæ fecit obseruationis, quã ex eo credimus sumptã, qᵭ Abraam patriarcha: qui primũ circũcisiõis sacr̃m in testimoniũ suæ magnæ fidei, & diuinæ ad eũ factæ promissiõis accepit: eodem die suæ suorũq; circũcisiõis, etiam nominis amplificatiõe simul cũ sua cõiuge bñdici promeruit. Vt qui eatenus Abraam pr̃ excelsus dictus est, deinde Abraam idest pater mltarũ gentiũ vocaret̃: quia patrẽ (inquit) mltarũ gentiũ cõstitui te. Quæ fidelissima promissio tam late per orbem iam patet impleta, vt etiã nosipsi de gẽtibus ad fidei illius deuotionẽ vocati ip̃m nos patrẽ spũaliter hr̃e gaudeamus. Dicẽte etiã nobis apostolo. Si aũt vos Christi, ergo semẽ Abrææ estis scdm promissionem & hæredes. Et sarai inquit vxorem tuam non vocabis Sarai, sed saram. idest non vocabis principem meam, sed principem. videlicet aperte docens, vt eam quæ tantæ fidei particeps & socia facta est, non proprie principem suæ domus, sed absolute principem, idest omniũ recte credentiũ fœminarum vocaret, & intelligeret esse parentem. Vnde beatus Petrus apostolus credentes de gentibus fœminas ad humilitatis, castitatis, & modestiæ virtutem prouocans, eiusdem matris nostræ saræ debita cũ laude meminit. Sicut Sara (inquit) obediebat

Geñ. xvij. b
Corin. xv. e
Hebr̃. xij. b
Abac. ij. a.
Ad ro. x. g.
Dñs quare suscepit cũcta gr̃a purificatiõis.
Geñ. xvij. a
Ad ga. iij. d
Ge. xvij. a.
I. pet. iij. b

Abrahæ dn̄m vocans, cuius estis filiæ benefacientes, & non timentes vllam perturbationem. Hæc dilectionem vr̄am fratres ammonere curauimus: vt singuli vr̄m meminerint: etiam seipsos percepta fide Chr̄i cum patriarchis non solum nominibus excelsis meruisse cōsortium, sed percepta in Christo purificatiōe, baptismi salutaris deriuatum a nomine Chr̄i gaudeant mutasse cognomē, & hoc vsq; ad finem firmum intemeratumq; seruare contendat. Gaudentes in se illd' Esaiæ vaticinium esse completum. Et seruos suos vocabit nomine alio, hoc est nomine christiano, quo omnes nūc serui chr̄i se delectantur insigniri. Neq; em̄ nomen alid' sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde ꝓpheta conseq̄nter adiungit. In quo qui benedicendus est super terram. benedicetur in Dn̄o amen. Dicit & alias de eodem multiplicādam etiam de gētibus ecclesiam alloquens. Videbūt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum, qd' os dn̄i nominauit.

Esaie.lxj.c

¶ Segmentum ex Euangelio Matthęi. Capite. ij. Ira A, quod canitur in Epiphania dn̄i.

Cum natus esset Iesus in Bethleem in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerūt Hierosolymam dicentes, Vbi est, qui natus est rex iudęorum? Vidimus em̄ stellam eius in Oriente: & venimus adorare eum. Audiens aūt Herodes rex turbatus est, & om̄is Hierosolyma cum illo. Et cōgregans omnes Principes Sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethlēē iudæ, Sic em̄ scriptum est per ꝓphetam. Et tu Bethleem terra iuda nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te em̄ exiet dux, qui regat ppl̄m meum israel. Tūc Herodes clam vocatis Magis diligēter didicit ab eis tempus stellę q̄ apparuit eis; & mittēs illos in Bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierūt. Et ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra, vbi erat puer. Vidētes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & ꝓcidentes adorauerunt eū, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Et reliqua.

Venimus ado. ātepe nultimā acuit: & tpis p̄teriti est. Miche.v.a Exiet dux. Lau. exibit legendum erat. Et itrātes domū. &c. Nō ē grece intrātes: s; veniētes in domum. q. venientes ad domum ne videant qd abiit in trādo irrupisse in domū. Cū Maria mr̄e ei9 dicendū erat cu; Maria matre sua. qm̄ reciprocū est: sed greca vox inqt Laurētius decepit

¶ Homilia beati Gregorij papæ de eadem lectione, habita ad ppl̄m in Basilica sancti Petri apl̄i in die epiphaniæ.

SIcut in lectione euangelica fratres charissimi audistis, cœlo nato rege, rex terræ turbatus est. quia nimirũ terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur. Sed q̃rendum nobis est, quid nam sit, q redemptore nr̃o nato pastoribus angelus apparuit, atq; ad adorandum hunc ab Oriẽte Magos non angelus sed stella pducit. Quia videlicet iudæis tanq̃ ratiõe vtentibus rationale animal, idest angelus p̃dicare debuit. Gentiles vero quia vti ratione nesciebãt ad cognoscendum dñm, non per vocem, sed per signa perducũtur, quia & illis pphetiæ tanq̃ fidelibus nõ infidelibus, & istis signa tanq̃ infidelibus nõ fidelibus, danda sunt. Vnde etiam per Paulum dr̃. Prophetiæ fidelibus nõ infidelibus datæ sunt. Et notandum q redemptorẽ nostrum, cum iam perfectæ esset ætatis, eisdem gentibus apl̃i prædicant, eumq; paruulum & necdum per humanum corporis officium loq̃ntem, stella gentibus denunciat. Quia nimirum rationis ordo poscebat, vt & loq̃ntem iã dñm, loquentes nobis p̃dicatores innotescerẽt, & necdum loq̃ntem stella denunciaret, elementa muta p̃dicarent. Sed in omnibus signis, q̃ vel nascente domino vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis est, quanta fuerit in quorũdam iudæorum corde duricia, q̃ hunc nec per pphetiæ donum, nec per miracula agnouit. Omnia quippe elementa autorem suũ venisse testata sunt. Vt em̃ de his q̃dam vsu humano loquar, deum hũc suum cæli esse cognouerunt, quia ptinus stellam miserunt. Mare cognouit, qa sub plãtis eius se calcabile p̃buit. Terra cognouit, quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes cognouerũt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognouit, quia hos (quos tenebat mortuos) reddidit. Et tamen hunc quem Deum omnia insensibilia elementa senserunt: adhuc infidelium iudæorum corda Deum esse minime cognouerunt. Et duriora saxis scindi ad pœnitendum nolunt, eumq; confiteri abnegant, quem elementa (vt diximus) aut signis, aut scissionibus deum clamant. Qui etiam ad damnationis suæ cumulum eum (quem natum despiciunt) nasciturum longe ante præsciuerũt. Et non solum quia nasceret̃ nouerant, sed etiam vbi nasceretur. Nam ab Herode requisiti, locum natiuitatis eius exprimunt, quem scripturæ auctoritate didiscerunt. Et testimonium pferũt, quo Bethleẽ honorari natiuitate noui ducis oñditur, vt ipsa eorũ gemina scientia & illis fieret testimoniũ damnationis, & nobis adiutoriũ credulitatis. Quos profecto bene Isaac, cum Iacob filium suum benediceret, designauit, qui & caligans oculis, & prophetans, in præsenti filium nõ vidit, cui tam multa in posterum p̃uidit. Quia nimirum iudaicus populus pphetiæ spũ plenus & cæcus, cum (de quo multa in futurum prædixit) in præsepe positũ non agnouit. Sed natiuitate regis nostri cognita, Herodes ad callida argumẽta cõuertitur. ne terreno regno priuaretur, renũciari sibi vbi puer inueniretur, postulat, adorare eum velle se simulat, vt quasi hunc (si inueniri

interp̃tem: vt i alijs q̃buidam locis in q̃b9 sui p ei9 et econuerso sæpe posuit

Quare gẽtiles ad cognoscendũ dñm per signa pducti sunt.

Omnia elementa deũ venisse testata sunt.

Ge.xxvij.

puer.xx.d. possit) extinguat. Sed quanta est humana malicia: contra consilium diuinitatis? Scriptum quippe est. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dñm. Nam ea q̃ apparuit stella: magos perduxit: natum regem reperiunt: munera offerunt: & ne redire ad Herodem debeãt, in somnis ammonent. Sicq; fit vt Iesum quem quærit Herodes inuenire non possit. Cuius persona qui alij q̃ hypocritæ designantur? qui dum ficte quærunt: inuenire Deum nunq̃ merent. Sed inter hæc sciẽdũ est. q Priscillianistæ hæretici nasci vnumquẽq; hominẽ sub cõstitutionibus stellarum putant. & hoc in adiutorium sui erroris assumũt: q noua stella exit cum dñs in carne apparuit: cui9 fuisse fatum eam q̃ apparuit stellam putant. Sed si euãgelij verba pensamus: quibus de eadem stella dr̃. Vsq; dum veniẽs staret supra vbi erat puer: dum non puer ad stellam: sed stella ad puerum cucurrit: si dici liceat: non stella fatũ pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit. Sed absit a fidelibus: vt esse aliquid fatum dicãt. Vitam quippe hominũ solus cõditor: qui creauit administrat: neq; enĩ ꝓpter stellas homo: sed stellæ ꝓpter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hoĩs dr̃: ipsæ suis ministerijs subesse homini perhibẽt. Certe cũ Iacob de vtero egrederẽt: & prioris fratris plãtam teneret manu: prior profecto nequaq̃; egredi potuit: nisi subsequens inchoasset. Et tñ cum vno tempore eodemq; momento vtrũq; mr̃ fuderit, non vna vtriusq; vitæ æqualitas fuit. Sed ad hæc solent mathematici respondere: quia virtus constellationis in ictu puncti est. quibus ediuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti cõstellatio permutaẽ, necesse iam erit vt tot dicant fata, quot sunt membra nascẽtium. Fateri etiam mathematici solẽt, q q̃sq̃s signo aquarij nascit̃: in hac vita piscatoris ministerium sortiat̃. Piscatores vero (vt fertur) getulia nõ habet. Quis igit̃: quia illic nullus in stella aquarij nascitur: vbi piscator omnimodo nõ habetur? Rursum quos signo nasci libræ asserũt: trapezitas futuros dicãt: & trapezitas multarum gentium prouinciæ ignorãt. Fateãtur ergo necesse est: aut hoc in eis signum deesse: aut effectum fati nullo modo habere. in Persarum quoq; Francorumq; terra reges ex genere ꝓdeunt: quibus ꝓfecto nascentibus quis æstimet quãti eisdem momentis horarum ac temporũ ex seruili cõditione nascunẽ. Et tñ regnum filij vno eodemq; sidere cũ seruis nati ad regnum ꝓficiunt: cum serui qui secũ fuerant nati: in seruitute moranẽ. Hæc de stella breuiter diximus: ne mathematicorum stultitiã indiscussam preterisse videamur. Magi vero aurum, thus, & myrrham deferũt. Aurum quippe regi congruit. Thus vero in die sacrificiũ ponebaẽ Myrrha autẽ mortuorũ corpora cõdiunẽ. Eum vero magi quem adorãt etiam mysticis muneribus p̃dicant, auro regem, thure deũ, myrrha mortalem. Sunt vero nõnulli hæretici qui hũc deum credũt: sed vbiq; regnare nequaq̃ credũt. Hi ꝓfecto thus ei offerũt: sed offerre ei aurum nolunt. Et sunt nõnulli qui hũc regem existimãt: sed deum negant. Hi videlicet ei aurũ

Vita hũana nec a stellis nec a fato sed a solo deo administratur.

Gen. xxv. c

Piscatores getulia nõ hꝫ

Regũ munera chr̃o oblata qd significant.

offerunt/sed offerre thus nolunt. Et sunt nõnulli qui hũc & deũ & regẽ fatẽtur:sed assumpsisse carnẽ mortalẽ negant. Hi nimirũ ei aurum & thus offerunt:sed offerre myrrhã assumptæ mortalitatis nolunt. Nos itaq; nato dño offeramus aurũ:vt hunc vbiq; regnare fateamur. Offeram⁹ thus/vt credamus,qp is qui in tempore deus apparuit,deus ãte tempora extitit. Offeram⁹ myrrhã,vt eum quẽ credimus in sua diuinitate impassibilẽ:credamus etiam in nr̃a fuisse carne mortalem. Quãuis in auro/thure & myrrha, intelligi & aliud potest. Auro nãq; sapientia designat̃. Salomone attestãte q ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem,qđ deo incendit̃:virtus or̃onis exprimit̃. Psalmista testãte qui dicit. Dirigat̃ or̃o mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo. Per myrrhã vero carnis nr̃æ mortificatio designat̃. Vnde sancta ecclesia de suis operarijs:vsq; ad mortem ꝓ deo certãtibus dicit. Manus meæ distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus, si in cõspectu illius claritate supernæ sapientiæ resplẽdemus. Thus offerim⁹:si cogitatiões carnis per scta or̃onum studia in ara cordis incendimus:vt suaue aliquid deo ꝑ cæleste desideriũ redolere valeamus. Myrrhã offerim⁹:si carnis vitia per abstinẽtiam mortificamus. Per myrrhã nãq; (vt diximus) agit̃ ne mortua caro putrefiat. Mortuã vero carnem putrescere est:hoc mortale corpus fluxui luxuriẹ deseruire. Sicut de quibusdã per ꝓphetam dr̃. Computruerunt iumẽta in stercore suo. Iumẽta quippe in stercore suo putrescere est:carnales hoies in fœtore luxuriæ vitã finire. Myrrhã deo ergo offerimus, quãdo hoc mortale corpus a luxuriæ putredine per condimentum cõtinẽtiæ custodimus. Magnum vero aliquid nobis Magi innuũt:qp in regiõem suam per aliam viam reuertunt̃. In eo nãq;, qđ ammoniti faciunt, nobis ꝓfecto insinuant, quid faciamus. Regio quippe nr̃a paradisus est. ad quam Iesu cognito, redire per viã (qua venim⁹) ꝓhibeamur. A regione em̃ nr̃a superbiendo/inobediendo/visibilia seq̃ndo/cibum vetitum gustãdo/discessimus. Sed ad eam necesse est vt flendo/obediendo/visibilia contemnendo/atq; appetitum carnis refrenando:redeamus. Per aliam ergo viam ad regiõem nostram regredimur/qm̃ qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessimus : ad hæc per lamẽta reuocamur. Vnde necesse est fratres charissimi, vt semper pauidi/semperq; suspecti ponamus ante oclos cordis. hinc culpas operis/illinc iudiciũ extremæ districtionis. Pensemus ergo quã districtius veniat iudex/q iudicium minat̃ & latet. Terrores pctorib⁹ intẽtat,& tñ adhuc sustinet. Et idcirco venire citius differt/vt minus inueniat,quos cõdemnet. Puniamus fletibus culpas/& cũ psalmistæ voce p̃ueniamus faciem eius in cõfessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat. nulla vana lætitia seducat. In proximo nãq; est iudex/qui dixit. Vẹ vobis qui rideris nunc/quia lugebitis & flebitis. Hinc em̃ Salomon ait. Risus dolore miscebit̃/& extrema gaudia luct⁹ occupat. Hinc rursus ait. Risum reputaui mœrorẽ/& gaudio dixi. Quid frustra

Aur̃ sapiẽtiã significat. th⁹ or̃onem. &c.
ꝓuer. xxj. c
ps. cxl.
Cãtic. v. b.
Johe. j. d
Iumẽta in stercore putrescere qd est.
Regio nr̃a paradisus est ꝑ aliã viã q̃renda.
ps. xciiij.
Luce. vj. d
ꝓuer. xiiij. b
Eccli. ij. a.

veritatis confessionem reuelauit:& noui testamenti mysteriū declarauit: & ecclesiæ in se se monstrauit imaginem:primiciæq; ex gentibus dño credentiū factus est. Ego (ait) homo sum sub potestate regis vel principis indignus:ego habeo sub potestate mea milites & seruos: & tu habes sub potestate tua angelos sicut milites & omnes sctos seruos. Ego mando vnicuiq;/& facit secūdum pceptum meum:& tu mādas qđ statim complet. Quod em̄ mandas & dicis/fit. Mandas/& sine mora perficit. Omnis em̄ creatura seruit tibi: & ideo dic verbo & perficiet velociter:& sanabit puer meus. O fides viri/o religiositas militis: q̄nto te magnificemus:o dulcissime amice veritatis? Te ammiratur dñs,& tuam indeficientem magnificat fidem. Quomodo de tenebris gentium tm̄ lumen pcessit? Quomodo de errore eorum deum non cognoscētium tāta manifesta iusticia? Quomodo ex ore stultorum idolis seruiētium tam limpida effulsit fides. Audiens ergo dñs ammirabatur eum. Et quid deus vnigenitus miratur,quantum sit & quale,& q̄ inenarrabile & inestimabile? Percipe sensu o charissime, q̄ deo nihil est mirabile/nec aurū/nec diuitiæ,nec regna,nec principatus. Ista omnia sunt in cōspectu eius tanq̄ vmbra:& sicut nihil/sicut flos decidens. Nihil ergo in conspectu dei mirabile est:nihil magnum/nihil p̄ciosum/nisi tm̄ vna fides, Hanc miratur/hanc honorificat/hanc acceptabilem sibi æstimat. Ideoq; conuertens se ad sequentes turbas dixit. Amen dico vobis,hoc est/vere dico vobis:non inueni tantam fidem in israel. Non in illo priore israel beato Iacob,tantam abnegat se dñs fidem inuenisse/ille em̄ non tm̄ credidit dñm:sed & pphetauit de eo, & apertius eius iusticiam demonstrauit:& manifestum in carne aduentum eius plocutus est. Nisi em̄ credidisset ei,quomodo de eodem prophetasset? Sic & hi qui de israel pcesserunt. Israel etem̄ & ipsi nominati sunt prophetæ & iusti Dauid/Esaias/& Hieremias. Hi omnes clare & manifeste eius aduentum prænunciauerunt. Omnes nāq; hi habuerunt fidem/habebant etiam & pphetiam. Et iste beatus Centurio fidem habuit/sed prophetiam nō habuit, ideoq; dñs ammirans magnificat fidem eius super ,illum qui tunc fuit israel: hoc est:super omnes qui tunc fuerunt tribus israel/& non super eos qui postea pphetæ & iusti inuenti sunt in israel. Amen dico vobis,nec in israel tantam fidem inueni:sicut in gentibus/sicut in barbaris/sicut in alienigenis. Gētes filium dei inuocant:omnipotentem vnigenitum confitent/dñm asserunt, & sicut dñm diligunt,& sicut bene omnia dispensantem adorant: & israel me non cognouit:& pplus meus hic me non intellexit:ideoq; Beelzebub & Samaritanū appellant:& peccatorē æstimant. Iairus israel princeps pro filia sua me petens,non dixit:dic verbo/sed veni (ait) velociter: anteq; moriatur filia mea. Nicodemus doctor israel de fidei sacramento audiens:ait. Quomodo possunt hęc fieri? Maria & Martha me nimiū diligentes dicūt. Dñe si fuisses hic,non esset mortuus frater meus:tanq; dubitantes, q̄ vbiq; non ve

Nihil in cōspectu dei mirabile p̄ter fidem.

Textus.

Ioā.iij.b.

Ioā.xi.c.

lox sit adesse mea potentia: Ideoq; non inueni tantam fidem in israel, sicut in isto alienigena. Dico autē vobis, q̄ multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cū Abraā, Isaac, & Iacob in regno cælorum. Dico vobis, testor vobis, annuncio vobis, p̄dico vobis, q̄ multi veniēt, de quibus iam ꝓpheta locutus est: dicēs. Et venient gētes multæ & dicent. Venite ascendamꝰ in mōtem dn̄i, & in domum dei Iacob ingrediamur, & ostendet nobis vias suas, & ambulemus in eis. Multi veniēt, de q̄bus ait dn̄s. Et alias oues habeo quę non sunt ex hoc ouili, & illas adducā: & erit vnus grex, & vnus pastor. Multi veniēt, de q̄bus dictū est, vt filij dei, qui dispsi sunt, cōgregent̄ in vnū. Isti ergo oēs venient. Vnde venient? Ab Oriente & Occidente, hoc est, ex omni gente (q̄ sub cælo est) ab Oriente vsq; ad Occidētem. Sicut em̄ per oēs gentes debet hoc euangelium p̄dicari, sic ex omnibus gentibus venturi sunt ad regnū cælorum. Vel adhuc ab Oriēte hi, qui statim illuminati transeunt, & ab Occidēte hi, qui passiones & psecutiones vsq; ad mortem tolerarunt ꝓ fide. Multi ergo venient. Et quomodo alibi dicis o dulcissime dn̄e. Multi vocati, pauci vero electi? Multi ait vocati. Omnes em̄ tribus hominum ab initio scl̄i vocati sunt, & pauci electi de multitudine. Simul vero venientes, & simul congregati in tp̄e visitationis, multi inuenient̄: nimiumq; innumerabiles. Multi em̄ venient ab Oriente & Occidēte, & recūbent nō carnaliter iacētes, sed sp̄ualiter requiescentes, non tp̄aliter potantes: sed æterne epulantes, recumbētes in regno dei: vbi lux est & spes, vbi lætitia & exultatio: vbi est gl̄ia & bn̄dictio. vbi lux oculorū & longeuitas vitæ æternæ: vbi oēs iocundant̄, vbi oēs gaudent, vbi p̄res illi beati recumbūt: vbi oēs ꝓphetæ requiescunt, vbi ap̄li & euangelistæ super gl̄iosos sedent thronos, vbi multitudo martyrum in æterna gl̄ia gl̄iantur: vbi copiositas virginum in scl̄o exultat, portās coronam immaculatæ virginitatis. O dulcissimi fratres: vnanimis conuctio: hilaris congregatio, fulgens cōiunctio. Ista est scl̄o bene p̄dicata & annūciata, ista est exultatio, ista est ab initio narrata requies. In istam festinauerunt oēs dn̄m diligentes: ad istam colligunt̄ omnes ex gētibus dn̄o credētes, religiositatem seruātes. In eam & nos oēs pergamus o religiosi fili dei, ad istam omni virtute nostra festinemus. Nihil nos reuocet, nihil nos retardet, nihil nos impediat ad hoc desiderabile ꝓperare cōuiuium. Oēm negligentiam a nobis pellamus: omnemq; desidiā ab animo & corpis impedimenta a nobis proijciamus, vt huius bt̄itudinis & requiei domestici efficiamur, quatenus sanctæ huius (vt dictū est) epulationis digni inueniamur. Valde sicut credidisti fiat tibi. Sic fiet vere vnicuiq; homini, sicut crediderit, scd̄m mensuram fidei metiet̄ ei, & ista a dn̄o gr̄a. Ideoq; dixit ad illum dn̄s. Sicut credidisti fiat tibi Credidisti, quia omnia possum, credidisti, quia ego sum dominus omniū. sicut credidisti, & fiat tibi. Credamus & nos fratres charissimi Iesum chr̄m deum ad dn̄m nr̄m omnia posse vbiq; p̄sentem esse, remissionē

Esaię.ij.a.
Joā.x.c

Matt.xx.b
Oīs tribꝰ hoīz vocati sūt s; pauci electi.

Regnū dei varia dilectione cōpletum est

Reiectis impedimētis ad regnum cęloꝝ ꝓperandū est.

Textus.

nobis cunctorum peccatorum eius indulgentia(si tamen eius pcepta seruemus)largiri: vt & vnusquisq; nrm cum Centurione isto audire mereat. Vade & sicut credidisti fiat tibi. Adiuuante ipso dño nro iesu christo, qui cũ deo pře in vnitate spũssancti viuit, & regnat in scla sclorum. Amen.

ℭ Segmentum ex Euangelio Matthæi capite. viij. littera. C. quod canitur in dñica quarta post octauas Epiphaniæ Historia huius euangelij facta est anno Christi. xxxiij. kls Augusti, feria quinta.

ET ascendente eo in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat: & accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerũt eũ dicentes. Dñe salua nos, perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis pusillæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, qa venti & mare obediunt ei. Et reliqua.

ℭ Homilia Origenis.

INgrediente dño in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius, nõ imbecilles, sed firmi & stabiles in fide mãsueti & pij, spernẽtes mundũ, nõ duplici corde, sed simplici. Hi ergo secuti sunt eũ, non tm gressus eius seqntes, sed magis sanctitatẽ comitãtes, & iusticiã eius cõsectantes. Et ecce tẽpestas magna facta est in mari, ita vt nauicula operiret fluctibus. Cum em multa & magna & mirãda ostẽdisset in terra, trãsijt ad mare, vt & ibidẽ adhuc excellentiora opa demõstraret. quatenus terræ, marisq; dñm se esse cũctis ostenderet. Ingressus ergo nauiclam fecit turbare mare: cõmouit vẽtos: concitauit fluctus. Cur hoc? Ideo vt disciplos mitteret in timorẽ: & suũ auxiliũ postularẽt: suã quoq; potẽtiã rogãtib9 manifestaret. Illa tẽpestas nõ ex sese oborta est, sed potestati paruit imperãtis eius: q eduxit vẽtos de thesauris suis: q terminũ maris arenã cõstituit. Dixit em ei. Vsq; huc venies, & nõ supgredieris: sed in temetipso cõfringent fluct9 tui. Hui9 ergo iussiõe & pcepto orta est tẽpestas in mari ppter occasiões supius memoratas. Facta est tẽpestas magna & non pusilla, vt magnũ opus & nõ pusillũ ostẽderet. Et qnto fluct9 nauiclę irruebant, tãto magis minor disciplos cõturbabat, vt plus magis desiderarent, ad liberandum se per mirabilia saluatoris. Dominus vero dormiebat. O res mirabilis & stupenda, is qui nunquam obdormit. dormit, is qui cælum & terram gubernat, dormit: is qui nunquam dormit neq; dormitat, ipse dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore: sed vigilabat deitate: dormiebat corpore: sed conturbabat mare, erigebatq; fluctus: & Aposto-

Quales erãt discipli dñi.

Textus

Ps. cxxxiij.
Iob. xxxviij b.

Textus.

Ps. cxx.

Ioan.iiij.a

los conterebat:suam ostensurus potentiam. Dormiebat corpore, sicuti & ad puteum de itinere lassus vel fatigatus sedebat: demonstrans quia vere humanum corpus portabat, qđ corruptibile induerat. Ipso corpore dormiebat: deitate vero cōcitabat mare & iterum cōplacabat. Dormiebat, itaq; corpore vt apostolos suscitaret & vigilare faceret, pcipue autem nos oēs: ne vnq; animo dormiamus, ne vel intellectu vel prudentia dormitare, sed vigilare omni tempore, & iubilare dño, & salutem ab eo postulare studeamus. Nam ipse qui dormiebat corpore, illud verbum sctm̄ dicit. Ego dormio & cor meum vigilat. ad quē accedentes discipuli, suscitauerunt eum, dicentes. Domine salua nos, perimus Tanto fuerunt metu conterriti & pene animo alienati, vt irruerent in eum, & non modeste aut leniter suggererent: sed turbulētur suscitarent eum, dicentes. Domine salua nos, perimus. O beati, o veraces dei discipuli. dñm saluatorem vobiscū habetis. & periculum timetis? Vita vobiscū est: & de morte solliciti estis? Maris turbinē trementes: creatorē eius p̄sentem suscitatis: quasi non possit dormiente corpore fluctus sedare vel mitigare? Sed quid respondeant hi dilectissimi discipli? Paruuli: inquiunt: sumus: adhuc infirmi: & nondum robusti, ideoq; timemus: ideoq; trepidamus necdū vidimus crucem dñi: necdum nos confirmauit passio dñi & resurrectio: nō ascensio in excelsis: non missio vel descensio spūssancti paracleti: ppterea fragilitate mutamur: ppterea & sepæ audiuimus a dño increpationem pusillæ fidei. Supportamus: toleramus libenter, voluntarie sustinemus. Vnde & nunc dicit dñs. Quare conturbati estis pusillæ fidei? Cur non habetis fortitudinem? Cur non confidentiam & fiduciam apđ vos teneris? Et si mors irrueret: nonne eam debuistis constantissime sustinere? Ad omne em̄ quicquid euenerit: fortitudo necessaria est. Ad omne em̄ periculum vel tribulationem vsq; ad animæ exitū: similiter & contra delicias & diuitias & honores terrenos: animi fortitudo tenenda est: vt neq; extollaris o homo: neq; in superbiā erigaris. Non despicias inimicos: neq; humiles spernas: neq; obliuiscaris dominum: neq; derelinquas creatorē, neq; existas ingratus. Si ergo in necessitate & in periculis fortitudo necessaria est: vt viriliter cum fide tolleres vniuersa: multo magis contra delicias (vt dictū est) & luxurias: fortitudo necessaria est, ne in muscipulā incidas diaboli. Quare ergo turbati estis pusillæ fidei? Si deum me vere esse creatorē omniū suscepistis: quare nō creditis: q̄ ea q̄ a me facta sunt: in mea habeā potestate? Quare ergo dubitatis pusille fidei? Qui pusillum credit arguet: & qui nihil credit contemnetur: fragiles in fide corripientur: alieni omnino a fide punientur. Tales fuerunt iudæi & pagani, ideoq; a malis suis euanuerunt. Tales etiam hæretici: ideoq; in die iudicij condemnabuntur. Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Scriptum fuit. Et exurgens tanq̄ dormiens dñs: tanq̄ potens crapulatus a vino: & percussit inimicos suos in posteriora. Et tunc surgens

Marginal notes: Canti.v.a. Textus. — Ioā.v.d. — Quare p̄sente dño discipli timebāt tempestatē maris. — Luce.xij.d Textus — Fortitudo ad oē q̄cq̄d euenerit necessaria est — Muscipla diaboli infernus est. — Textus. — Ps. lxxvij.

gens: imperat ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Imperauit ventis & mari: sicut creator: sicut suis/ vt potens: vt dñs imperat ventis & mari: primitus ante discipl'os vt audientes firmarent in fide. Et potentia deitatis occulta: imperabat & comminabatur eis. Magis autem regebat & placebat illud: scdm quidam ait. Potentia mitigauit mare. Imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. De magno vento & tempestate magna mari conturbato & tumenti, facta est tranquillitas magna. Docet em̃ hunc magnum, magna & miranda facere. Ideoqꝫ pauloante magna accinctus potentia: magnifice conturbauit profundum maris: & nunc iterum in eo ipso ostendens suæ magnificentiam potestatis: tranquillitatem magnã fieri iussit. Hæc ideo: vt nimium conturbati apostoli, magnifice exhilarati lætarentur. Dedit em̃ per hæc omnia nobis dñs figuram & doctrinæ imaginem: vt & nos in omni conturbatione & contumelia patientiam teneamus: stabiles simus, fidem non deseramus: Et si omnis iste mũdus tanqꝫ mare ebuliat: atqꝫ in furore consurgat: Et si omnes venti & vertigines dæmonum vndiqꝫ sęuiant: Et si omnis (vt superius diximus) tempestas maris: idest omnis Principatus & Potestates mundi concitent/ & in tumore iracundiæ spumẽt, vt furiant super sanctos: Et si adhuc vsqꝫ ad cælos sese extollant: vt tempestas maris malignitates: ac dolos & fremitus concitet aduersus aliquem vestrum: nolite turbari: nolite contremiscere, nolite deficere. Omnes em̃ quotquot in fidei nauicula cum dño nauigatis: omnes quotquot in hac nimirum sanctæ ecclesiæ nauicula cum dño per hunc vndosum super natatis mundum. Et si ipse dñs dormiat, pio somno nostram patientiam & tollerãtiam expectãs, vel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinens: alacriter accedite ad eum: orationibus instantes: atqꝫ cum ꝓpheta dicentes. Exurge, quare obdormis dñe: exurge, & ne repellas nos in finem. Et iterum. Exurge dñe, adiuua nos: & redime nos ꝓpter nomen tuum. Et ipse surgens imperauit ventis: idest aëris dæmonum spiritibus. Ipsi em̃ maris tempestates commouẽt: hoc est: amaros & elatos concitant fluctus, idest, principes mundi ad persecutionem sanctis omnibus immittendam: ad contumelias fidelibus ingerendas. Omnibus dñs imperat: omnibus comminatur/ omnia mitigat, facitqꝫ tranquillitatem magnam circa corpus & spm̃/ pacem ecclesia & serenitatẽ mundo. Quõ nãqꝫ sępius cõcilia infideliũ cõmota sunt aduersus verã & firmam ecclĩam: Aliqñtiens paganorũ: aliqñtiens hęreticorũ. Quẽadmodũ sępius sicut maris fluct⁹ irruebãt/ cõminãtes & cõterẽtes hui⁹ principes mũdi: p oĩa pdere se ecclĩæ filios arbitrãtes. Sed surgẽs dñs increpauit dęmonũ vẽtos: & oẽs euanescere fecit audaces aduersarios fidei: magnãqꝫ pacẽ & trãquillitatẽ dedit ecclesię suę. Hoĩes aũt illi in nauicl'a mirati sunt. Qui hoĩes? Scilicet hanc hñtes nauicl'am: aut ei intẽdẽtes nauiclę. Nõ putes hic p hoĩes, apl'os significatos. Nusqꝫ em̃ inuenim⁹ p̃ter honorẽ cognominari dñi discipl'os: sed semp

In tribulatiõib⁹ cõstãtes õbem⁹ esse.

ps. xliij. Ibidem

Cõcĩ'ia infideliũ cõtra ecclĩã sępi⁹ cõmota sũt: s3 frustra euanuerũt.

Tertius [illegible] p̃ter honorem cognominati sũt.

Q

aut apostoli, aut discipuli nominantur. Mirabantur illi homines: hi qui cum eo nauigabāt: hi quorū erat nauicula: hi qui in ea nauicula sese transfigebant, hi mirabant. Et admiratiōe dignū fuit mare a ꝓfundo cōmotū mitigari: eiusq elatos de placari fluctus: vētos furentes compesci. Mirabant ergo dicentes.

Textus. Qualis est iste: quia vēti & mare obediūt ei? Non interrogātes dicunt: q̄lis est iste: sed asserētes, q hic talis est, cui mare & vēti obediunt. Qualis est iste: hoc est q̄ntus, q̄ fortis, q̄ potēs, q̄ magnus. Qualis est iste, maior Moyse, potētior Helia. Illi em̄ ambo, ex quib9 vnus ligno mare ꝑcusso, cum labore discidit: alius ictu melotæ iordanē pertrāsijt. Iste vero vno v̄bo mandat illis, qui nō hn̄t verba, & obediūt ei: hi qui nō hn̄t auditū obtemperāt: hi qui prudentiæ & intellectus expertes sunt: inclinant iubenti: quibus neq loq̄la, neq (vt dixi sermo est) obediūt. In eadē em̄ substātia in q̄ sunt: & sua natura mouentur, & iussioni deseruiūt: ad cōfusiōem mortalium, ad condemnationem corruptibiliū. Iubet mari & nō contēnit. dicit vētis & tempestatib9, & mox cōpescunt: iubet omni creaturę, & nō supgredit iussionē eius. Et vnum hoīm genus, & vnum qd' scd̄m silitudinem dei honorificatū est: cui verbū & prudentia data est: hi soli hoīes resistunt: hi tm̄ inobediētes sunt, hi soli cōtēnunt. Ideoq & hi soli in iudicio dānabunt: & a iusticia punient, veluti deteriores mutis animalib9: vl' his q̄ sine spū & anima sunt in hoc mundo. Mirabant ergo illi: quia mare cōpescuit: & vēti mitigati sunt. Admiremur & nos qn̄ benignitates, & beneuolētias ostēdit circa nos dn̄s: qn̄ nos de periclis saluare dignat, qn̄ de tumultib9 & tribulationibus mltis nos liberat: qn̄ ab inimicis in seq̄ntibus eruit nos. Miremur & mirātes gr̄as agamus: & gr̄ę obaudiamus, obaudiētes timeamus, timētes diligam9: vt ęternę charitatis ab eodem heredes efficiamur. Mirabant dicentes. Qualis est iste, qui sicut homo videtur: & sicut deus potentiā ostendit. Sicut vnus carnalium putatur esse. & sup omnia carnalia, magna ostendit mirabilia. Dormit sicut homo: & imperat mari & ventis sicut deus. In nauicula sedet: & oēm creaturam iussione inclinat vbi vult Iesus Chr̄s dn̄s noster: qui cum patre & spū sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Segmentū ex euangelio Matthęi. cap. xiij. lr̄a. D. qd' canitur dn̄ica quarta post octa. epiphaniæ. Historia hui9 euāgelij facta est in mense Aprili, anno Chr̄i. xxxiij.

Serui aūt d. &c. vsq ad eradicetis simul trit. greçe inq̄t laurētius est. Serui aūt dixerūt ei: vis igit p.

Simile factū est regnum cælorū, homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autē dormirent homines: venit inimicus eius: & sup seminauit zizania in medio tritici: & abijt. Cum autē creuisset herba & fructū fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accidentes autem serui patrisfamilias: dixerunt ei

Dñe/nõne bonum semen seminasti in agro tuo/vnde ergo zizania habet? Et ait ad illos. Inimic9 hõ hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis igit imus & colligimus ea? Et ait. Non,ne forte colligentes zizania erradicetis simul & triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tpe messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania: & alligate ea in fasciculos ad cõburendũ, triticũ autem congregate in horreum meum. Et reliqua.

fecti colligamus. hic ãt ait non. neqñ colligentes zizania.rc.

Homilia beati Augustini episcopi.

VT negligẽtius agerent p̃positi eccl'ie: aut dormitationem mortis accipent apl'i, venit diabol9 & supseminauit eos: qs malos filios dñs interp̃tat. Possunt etẽ dici filij mali etiam hæretici: quia ex eodem euãgelij semine: q Chri nomine ,pcreati: prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertunt. Sed qd' dicit eos in medio tritici seminatos: q̃si vident illi significari: q vnius cõmunionis sunt. Verũtamen q dñs agrũ illum nõ ecclĩam: sed hunc mundũ interp̃tatus est, Bene intelligunt heretici, quia nõ societate vnius eccl'iæ, vl' vnius fidei: sed societate solius nõis chr̃iani/in hoc mũdo pmiscent bonis. Vt illi, q in eadẽ fide mali sunt, paleis potius, q̃ zizanijs deputent: quia palea etiam fundamẽtum habet cum frumento: radiceq; cõmunem: In illa plane sagena, q̃ concludunt & boni & mali pisces: nõ absurde mali catholici intelligunt. Aliud est eñ mare, qd' magis istum mundum significat. Aliud sagena/q̃ vnius fidei/vel vnius eccl'iæ cõmunionem videt ostendere. Inter hereticos & malos catholicos, hoc interest: qd' hæretici falso credũt, illi autẽ falso nõ credẽtes/nõ viuunt ita, vt credũt. Solet autem quæri Schismatici, q (ab Hereticis distãt: cũ schismaticos nõ fides diuersa faciat: sed cõmunionis dirupta societas) vtrum inter zizania numerãdi sint. Magis eñ vident spicis corruptis esse similiores. Sicut scriptũ est. Vento autẽ corrũpet filius iniquitatis. Vl' paleis aristarũ fractis vl' scissis: & de segete arreptis. Quo eñ altiores, idest, supbiores, eo fragiliores: leuioresq; sunt. Nec tñ cõseq̃ns est, vt ois hereticus, aut schismatic9 ab eccl'ia corpaliter separet. Si eñ falsa de deo credit: vel de aliqua parte doctrinæ/quæ ad fidei pertinet ædificatiõem ita, vt non q̃rens cunctationem temperatus sit, sed inconcusse credens: nec omnino sciens: opinione atq; errore discordans: hereticus vero est/& foris est animo, quãuis corpaliter intus esse videatur. Multos eñ tales portat eccl'ia: qui ita non defendunt falsitatem sententiæ suæ: vt intentam multitudinem faciant, qd si fecerint: tunc pelluntur. Regnum cælorum per diuersas sacræ scripturę paginas/multifarie sentitur: aliquando anima sancta/nonnunq̃ agiographia/interdum filius hois/cuius exemplaria assiduo lectori volumina

Filij mali heretici dicuntur

Matt. xiij.

Differẽtia int hereticos & malos catholicos.

ij.adthes.ij

Hereticus nõ est separandus ab eccl'ia corporaliter.

Regnũ celorum multifarie sentit

perscrutanti nõ ignobiliter patent. Ad hęc(ꝓut cepimus)regnum cæleste nõ simpliciter intelligit. vt satis euidẽter liquet:cũ hoc dei filius p speciẽ hoĩs frumento agrum serentis,cui illud comparat/alias anima iusti figuret. Vt est illud.Cælum mihi sedes est.Bene(vt dictum est)p satorem tritici,q in luce pugil laborat:deus qui vera lux est animaduertitur.Ipso dicente. Ego sum lux mundi.Qui sequit me,nõ ambulat in tenebris:sed habebit lumẽ vitę. Vigilare,ꝓprium est diei:& in bonã partem accipit.Dormire,noctis:& ad sinistrã pertinet.Et cõgrue vigilare diei est:sub quo dies diei, idest Chrs typice figuratur. Cuius psalmista meminit dicens.Dies diei eructat vbum.Quem rursus vociferãs vigilãtem indicat dicens.Non dormitabit , neq dormiet:qui custodit israel.Cuius diei vestigia vigilãtes: idest in bonis operibus vacantes. Charissimi sectari,p viribus studeamus:vt vigilãtes Chrõ deo nos aduocãte inueniamur.Sicut euãgelista ait.Beati serui illi:quos cum venerit dñs:inuenerit vigilãtes.Ecõtrario zizaniorum sator Leuiathan:qui inimicus dei & hominum necessario intelligẽdus est:qui omnib9 dormientibus nocte veniens/lolium tritico superseminauit/& abijt.Semẽ tritici filios dei figurat. Lolium vero filios iniquitatis. Ager autem mũdum.Quid est em intempestiuo noctis dormientib9 mortalibus inimicum venire:zizaniam in agro disseminare:nisi antiquum serpẽtem humani generis insidiatorem:qui nox noctis dr homines circuire.Qua hora sanctæ mrĩs ecclesiæ p̃latos vel quosq corde rectos dormiẽtes,idest,negligentes vel illicita cogitatione hebetatos inuenire t:seu quia phantastica machinatione minus armatos animos latẽter surripiat:& ad incentiua vana carnis præcipitet.& cum lolij nigredine tritici.candorem perfuscet:idest,per membra sua simplicitatẽ iustorum discindere tentet,q̃liter eos a veritate(quæ est deus)recedere faciat. Ager in quo zizania cum tritico creuit:mystice mũdi globus(ꝓut diximus)accipit,in quo diuersa genera hęreticorum,seu cæterorum puersorum:cum bonis inhabitant.q obstinata ptinacia erroris,ac nefando dogmate hæresum ecclesiam catholicam dilacerare p̃sumunt:& seducere cõtendunt.Cõtra quos nimirum multiplices ecclesiæ rectores cõstituti sunt,q statum ipsius ecclesiastico iure ordinẽt atq defendant.& Arrianis/Sabellianis/Acephalis/cæterisq prauis obiectoribus/normæ veritatis resistãt.Adhuc de satoribus:idest Chrõ, & aduersario eius:restat qdem,qd logice intelligat,qui inquãtum diuersi:in tantũ diuersa seminarãt.Quorum vterq vsq hodie semen ꝓprium spargere nõ cessant. Hic charitatẽ:ille discordiam. Iste obedientiam/ille inobedientiam. Iste humilitatem/ille superbiam. Per quam qdem omne humanum genus in morte iacebat:nisi Chrs erigeret.Omne em pctm̃ (ꝓut sacræ paginæ tradunt) ex superbia est/q̃ totius mali radix penitus comprobat. Primum nãq Chrs in prothoplausto :idest primo parente Adam oẽm pulchritudine æternitatis, omneq delectamentũ sapiẽtię infixerat.vñ teterrimus draco arbiter inuidiæ

Esa.lxvi.a. Joan.iii.b
vigilare & dormire.
ps. xxviij. ps.cxx.
Luce.xij.c
Semẽ/lolium:ager qd designãt.
Diabolus nox noctis dr.
Rectores ecclesię ad qd cõstituti sunt.
Omne pctm ex supbia ẽ Eccle.x.b Gen.ij.b.

emarcuerat:deceptionis elationisq; schemate sparso, adeo supradictum parẽtem verbis suis superbire fecerat: vt credulum velut deum fieri ex gusto pomi effecerat: vt superbia(q̃ ipse corruerat)primum hominẽ transgressorẽ in conditoris præcepti sibi fraudulẽter persuadendo compelleret. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, apparuerunt & zizania. Sunt quidem nõnulli intra sctãm ecclesiam degentes habitu, scilicet forinsecus q̃si digni: intrinsecus autẽ omni dolo & malicia cordis occulta pessimi, quorum iniquitas a parua scintilla primitus inchoans: & in modũ edacis ignis, cui strues lignorũ large supponit: indies ampliatur. q̃ ad tempus latens nõ ilico propalat, sed qñ crescendo ad maturitatẽ messis pueneriti suscindenda manifestabitur. Et tunc ipse arbores ex fructu, qui iniquitas & pctm̃ est: facili erectiõe cognoscũtur. Ipsa veritate dicente. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Hi pfecto hypocrite dñr: & grauiter, & alienam culpã acriter increpant: & grauiter diiudicant: ppria autem quamuis flagitiosissima vilipendunt: & scelus quasi non scelus in semetipsis conspiciunt. Hi ergo dñica voce redarguuntur: dicente. Hypocrita: eiice primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Gen.iij.a

Matt.vij.c

Hypocritarũ mos.

Mat. vij.a

Luce.vi.f.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ.cap.x.lr̃a. D.qd' canit dñica.v.post octauas epipha. Historia huius euãgelij facta est anno Christi.xxxi.Idus Decembris.fer.iiij.

EXultauit Iesus in spũ sancto: & dixit. Confiteor tibi pr̃ dñe cæli & terræ: quia abscõdisti hæc a sapientib9 & prudentib9: & reuelasti ea paruulis. Etiam pr̃, qm̃ sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, Et nemo scit quis sit filius nisi pr̃: & quis sit pr̃ nisi filius: & cui voluerit filius reuelare: Et cõuersus ad discipl̃os suos dixit. Bt̃i ocli qui vident, q̃ vos videtis, dico em̃ vobis, q multi prophetæ & reges voluerunt videre, quæ vos videtis: & non viderunt: & audire, quæ auditis: & non audierunt. Et reliqua.

Laurẽtius ex forma græca sic legit. Cõfi.t.p.c. & ter. q ab scõdisti hec a sapiẽtib9 & itelligẽtib9. & reuelasti ipa puulis. Certe pater q sic fuit bõa volũtas i cõspectu tuo Mat.xi. d.

Homilia beati Augustini epi, ex libro de verbis dñi.

SAnctum euangeliũ cum legeretur fr̃es: audiuimus dñm Iesum exultasse in spũ, & dixisse. Cõfiteor tibi pr̃ dñe cæli & terræ, quia abscõdisti hęc a sapiẽtibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Hucusq; interim v̾ba dñi. Si digni, si diligẽter, si(qd' primũ est)pie cõsiderem9: inueniem9 primitus, nõ semp cũ in scripturis legimus, cõfessionẽ, debere nos intelligere vocẽ pctõris.

Non semp p cõfessionẽ intelligitur vox pctõris.

Maxime autem hoc dicendum fuit & hinc ammonenda charitas vr̃a: quia mox vt hoc verbum sonuit lectionis: secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vr̃i, audito scilicet, qd' dñs ait. Confiteor tibi pr̃. In hoc ipso qd' sonuit cõfiteor, pectora tutudistis. Tundere aũt pectus quid est: nisi arguere, qd' latet in pectore: & euidẽti pulsu occultũ castigare pctm̃? Quare hoc fecistis: nisi quia audistis. Cõfiteor tibi pr̃? Confiteor audistis: quid cõfitet̃, non attẽdistis. Nunc ergo aduertite. Si cõfiteor Chr̃s p̃dixit, a q̃ longe est omne pctm̃: non solius est cõfiteri pctoris. sed etiam aliq̃n laudatoris. Cõfitemur ergo siue laudantes deum, siue accusantes nosmetip̃os Pia est vtraq; cõfessio: siue cum rep̃hendis, qui nõ es sine pcto: siue cum illum laudas: qui nõ potest hr̃e pctm̃. Si autem bene cogitemus: rep̃hensio tua laus ipsius est. Quare em̃ iam cõfiteris in accusatiõe pcti, in accusatiõe tui ipsius. Quare cõfiteris? Quia ex mortuo factus es viuus. Scriptura quippe ait. A mortuo (q̃si qui nõ sit) perit cõfessio. Si perit a mortuo cõfessio: qui confitet̃, viuit. Et si pctm̃ confitet̃: vtiq; a morte reuixit. Si pcti cõfessor reuixit a morte: quis illum suscitauit? Nullus mortuus est sui ipsius suscitator. Ille solus se potuit suscitare: qui mortua carne non mortuus est. Et em̃ hoc suscitauit: qd' mortuum fuit. Ille suscitabat: q viuebat in se. In carne autẽ suscitãda mortuus fuerat. Non em̃ pr̃ filium sol9 suscitauit. De q̃ dictum est ab Ap̃lo. Propter qd' deus eũ exaltauit. Sed etiam dñs seip̃m. idest corp9 suum suscitauit. Vnde dicit. Soluite tẽplum hoc, & in triduo suscitabo illd'. Mortuus est aũt pctor: maxime ille, quẽ moles cõsuetudinis p̃mit: q̃si sepl̃tus Lazarus. Parum em̃ erat, quia mortuus, nisi etiã sepl̃t9. Quisquis igit̃ malæ cõsuetudinis, malę vitę scilicet terrenarum cupiditatum mole p̃mit̃: ita vt in illo iam factũ sit: sicut in q̃dam psalmo mirabiliter dr̃. Dixit stultus in corde suo, nõ est deus. Fit talis, de q̃li dictum est. A mortuo velut qui nõ sit, perit cõfessio. Quis eũ suscitauit, nisi qui remoto lapide clamauit dicens. Lazare, ꝓdi foras? Quid est aũt foras ꝓdire: nisi qd' occultum erat: foras ꝓdire? Qui cõfitet̃: foras ꝓdit. Foras aũt ꝓdire nõ posset, nisi viueret. viuere nõ posset, nisi resuscitatus esset. Ergo in cõfessiõe sui accusatio, dei laudatio est. Dicet ergo aliquis. Quid em̃ ꝓdest ecclię, si iam confessor voce dñica resuscitatus ꝓdit? Quid ꝓdest eccl̃iæ cõfiteri? cui dñs ait. Quę solueritis in terra, soluta erũt & in cęlo. Ip̃m Lazarũ attende: cum vinclis ꝓdijt. Iã viuebat cõfitẽdo: sed nõdum liber ambulabat vinclis irretitus. Quid ergo fecit eccl̃ia: cui dictũ est. Quę solueritis in terra soluta erũt, nisi qd' dñs ait cõtinuo ad discip̃los. Soluite illũ & sinite abire. Siue ergo nos accusem9: siue deũ laudemus: semp̄ illi gr̃as agere studeamus: a q̃ gr̃a gratis dat̃, cui cunq; dat̃. Bis ergo deũ laudamus: si pie nos accusemus, deumq; laudemus. Q̃n deum laudamus: tanq; eum qui sine pcto est, p̃dicamus. Q̃n aũt nosmetipsos accusamus: ei (per quem resurreximus) gloriã damus. Hoc si fecerimus: nullã occasionem inueniet inimicus: qua nos circumueniat ante iudicem. Cum eũ

Tundere pec. qd ẽ. Cõfiteri nõ soli9 ẽ peccatoris.

Eccl. xvij. d.

Phil. ij. a.

Joã. ij. d

Ps. lij. d. Eccl. xvij. Joan. xj. f.

tu ipse fueris accusator:& dominus liberator,quid erit ille,nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos carnem & sanguinem miserandam,potius q̃ cauendam,sed aduersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur,vt armemur.Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.idest,aduersus homines quos videtis sæuire in nos. Vasa sunt,alius vtitur. Organa sunt,alius tangit. immisit se(inquit)Diabolus in cor Iudæ,vt traderet dominum. Ait aliquis. Quid ergo ego feci? Audi Apostolum.Neq; detis locum diabolo. Tu male voluntati locum dedisti,intrauit,possedit,vtitur.Locum si non dares,nõ possideret.Ergo nos ammonens ait.Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem:sed aduersus Principes & Potestates. Posset quisq; putasse aduersus reges terræ:aduersus potestates sæculi. Quare? Ipsi non caro & sanguis.Semel dictum est.Non aduersus carnem & sanguinem. Auerte ab omi homine. Qui ergo restant inimici? Aduersus Principes & Potestates spũalis nequitiæ,rectores mundi,quasi plus dedit Diabolo & Angelis eius: plus dedit, quos rectores mũdi appellauit.Sed ne male intelligas:expone,quid sit mundus:cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundus tenebrarum harum:quibus est rector? Dilectoribus suis & infidelibus plenus est mundus.Hos appellat Apostolus tenebras.Harum rectores Diabolus & Angeli eius.Hæ tenebræ non naturales sunt:non incõmutabiles sunt.Mutantur,& lux efficiuntur.Credunt,& credendo illuminãtur. Quod(cum eis factum fuerit)audient. Fuistis eñ aliquando tenebræ:nunc autem lux in domino.Nam quando tenebræ in te:non in domino.Iterum quando lux:non in te,sed in domino. Quid enim habes,quod non recepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici:inuisibiliter sunt expugnãdi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo,inuisibilem vincis credendo. Visibilis est hostis homo,visibile est & ferire.Inuisibilis est hostis Diabolus,inuisibile est & credere. Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicit quidam? Hoc enim cœperam dicere:& necesse habebam de istis inimicis aliquanto cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis:videamus tutelam. Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas. Laudans inuoca, sed Dominum laudans inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca Dominum : & ab inimicis tuis saluus eris. Quia (quod ait ipse Dominus.)Sacrificium laudis honorificabit me: & ibi vita est,vbi ostendam tibi salutare meum. Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viam mittere: in via esto. Noli a via recedere a laude Domini,nec vnguem:nedum pedem. Si enim volueris ab hac via deuiare:& pro Domino te laudare,non eris saluus ab illis inimicis : quia de ipsis dictum est.Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Quicquid

Ephe.vi.b. Ioan.xiij. Ephe.iiij.f. Ephe.vi.b. Ephe.v.b. i.cor.iiij.b. ps.xvij.a ps.xlix.d. ps.cxxxix.b.

Gal.vi.b. ergo putaueris boni habere te abs te, deuiasti a laude dei. Quid iam miraris si te seducit inimicus: qñ tu tui ipsius seductor es? Audi apl̃m. Qui em̃ pu-
Textus. tat se esse aliquid, cum nihil sit: ipse se seducit. Dñm ergo attende cõfitentẽ. Confiteor tibi pr̃ dñe cæli & terræ. Confiteor tibi: laudo te. Laudo te: nõ accuso te. Quantũ autẽ pertinet ad ipsius hoĩs susceptionem, tota gr̃a, singularis gr̃a, perfecta gr̃a. Quid meruit homo ille, qui Chr̃us est, si tollas gr̃am: & tantam gr̃am, qua vnũ oportebat esse Chr̃um, & ip̃m esse, quem nouimus? Tolle istam gr̃am: quid est Chr̃s, nisi homo? Quid nisi qḋ tu? Suscepit animam, suscepit & corpus, suscepit plenũ hominem coaptatã sibi, vnam facit dñs cum seruo personam. Quanta est ibi gr̃a? Chr̃s in cælo, Chr̃s in terra, Chr̃s simul in cælo & in terra: nec duo Chr̃i, sed idem Chr̃us in cælo & in terra, Chr̃s apḋ pr̃em, Chr̃s in vtero ꝟginis: Chr̃us in cruce: Chr̃s apḋ inferos subueniens quibusdam. Eo autem ipso die Chr̃s in paradiso cum latrone confitente. Et ibi quid latro meruit: nisi quia illam viam tenuit, vbi ostendit salutare suum, a qua tibi pes non exeat? In eo em̃, ꝙ se accusauit, deum laudauit: & vitam suam beatam fecit: Præsumpsit quidem
Luce.xi. de dño: & ait illi. Dñe memento mei, dum veneris in regnum tuum. Considerabat em̃ facinora sua, & ꝓ magno habebat, si ei vel in fine parceret. Dñs autem continuo cum ille diceret, memẽto mei. Sed quãdo? cum veneris in regnum tuum. Amẽ dico tibi (inquit) hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit: qḋ miseria distulit. Audi ergo dñm confitentẽ. Cõfiteor tibi pater: dñe cæli & terræ. Quid confiteor? In quo te laudo? hæc em̃ cõfessio
Textus. (vt dixi) laudem habet. Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti hæc (inquit) a sapientibus & prudẽtibus: & nõ dixit. Reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed dixit: Abscondisti a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Sapiẽtibus & prudẽtibus irridendis: arrogantib⁹ falso, grãdibus vere aut tumẽtibus opposuit, nõ sapiẽtes, nõ prudẽtes: sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscõdisti hæc a sapientibus & prudẽtibus. Nomine sapiẽtium & prudentiũ sup̃bos intelligi posse, ipse exposuit, cũ ait. Reuelasti ea paruulis. Ergo abscõdisti nõ paruulis. Quid est nõ paruulis? Non humilibus. Quid est nõ humilibus, nisi superbis. Hæc via dñi aut nõ erat: aut latebat, vt reuelaretur nobis, vnde dñs exultauit: nisi qa reuelatũ est paruulis. Debemus esse paruuli. Nam si voluerimus esse magni q̃si sapiẽtes & prudẽtes: non nobis illḋ reuelat. Quid sunt magni? Sapientes & prudẽtes. dicẽtes se sapiẽtes: stulti facti sunt. Habes remediũ a contrario. Si dicẽdo te sapientẽ stultus factus es: dic te stultũ, & sapiens eris. Sed dic, dic: sed intus dic: quia sic est, vt dicis. Si dicis. noli coram hoĩbus dicere, & coram deo nõ dicere. Prorsus, qḋ ad teip̃m pertinet: qḋ ad tua, tenebrosus
Tiũ.j.c. es. Quid est em̃ aliḋ esse stultũ, nisi esse tenebrosum in corde? Denicꝙ de illis

sic ait. Dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. Antequam hoc diceret, quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic, quia tu tibi lumen non es. Vt multum, oculus es: lumē non es. Quid prodest patens ac sanus oculus; si lumē desit? Ergo dic a te tibi lumē non esse: & clama quod dictum est. Tu illuminabis lucernam meam dñe, lumine tuo dñe illuminabis tenebras meas. Meae enim nihil, nisi tenebrae, tu autem lumē fugās tenebras. illuminās me: nō a me mihi lumē existens: sed lumē non participās, nisi in te. Et Ioānes amicus sponsi Chri putabatur lumen. Non erat ille lumē, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Quod autem erat lumē: erat lumē verum. Quid est verum? Quod illuminat oēm hoīem. Si vero lumē est, quod illuminat oēm hominem: ergo audi & Ioānem recte dicētem, recte confitentem. Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit, quam tu illuminabis lucernam meam Dñe, denique iam illuminatus testimonium phibebat. Propter caecos lucerna diei testimonium phibebat. Vide quoniam lucerna est. Vos (inquit) misistis ad Ioannem: & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna hoc est res illuminata, accēsa vt luceret, quae accidi potest & extingui. Sed vt non extinguatur, ventum supbię non patiatur. Ergo confiteor tibi pr, dñe caeli & terrae: quia abscondisti haec a sapiētibus & prudentibus, lumen se putātibus, & tenebrae erāt. Et pro eo, quod tenebrae erāt, & lumen se putabant, nec illuminare potuerūt. Ille autem qui tenebrae erāt, & tenebras se esse confitebantur, paruuli erāt & non magni, humiles erāt & non supbi. Recte ergo dicebant. Tu illuminabis lucernam meā dñe. Se agnoscebant, dñm laudabant. a via salutari nō recedebāt, laudantes dñm inuocabant: & ab inimicis suis salui erant. Postremo aperuit caeleste mysterium, quod scilicet placuerit deo, vt paruulis magis, quam prudētibus istius mundi grām suam reuellaret. Quod aplus Paulus stilo pleniore digessit dicens: Nonne stultam fecit Deus sapiētiam huius mundi? Nam quoniam dei sapientiam nō cognouit hic mūdus per sapiētiam, placuit Deo per stultitiam pdicationis saluos facere credētes. Ait ergo. Ita pr, quoniam sic fuit placitum ante te. Caelestium enim verborum arcana atque virtutes, sapientibus absconduntur & paruulis reuelantur. Paruulis malicia, non sensu, sapientibus vero stultitiae psumptione, non prudentiae causis. Factique huius aequitatem, dñs paternae voluntatis iudicio confirmat, vt qui dedignantur paruuli in deū fieri, stulti deinceps in sapiētia sua fiāt. Vides quam terribilis in consiliis dñs? Disce verae humilitatis exempla: nec temere discutias supnę dispensationis consilia. Cum enim intulisset vtrumque, scilicet, quod aliis aduentus sui sacramenta reuelauerit, ab aliis vero absconderit: non mox rationem reddidit, sed sic deo placitum dixit, hoc ostendens manifeste, quia iniustum esse non potest, quod placuit iusto. Ac ne quid in illo minus, quam quod in deo est, aestimaretur, statim subdidit. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Pulcherrimus connectitur de fide locus: quando omnia sibi tradita

Ps. xvij. d.

Ioā. i. a.

Ioan. v. f.

i. Cor. i. c.

Textus

Textus.

dicit a patre suo. Cum omnia legis: omnipotentem agnoscis: non decolorē, non degenerem patris. Cum tradita legis, filium confiteris: cui per naturam omnia vnius substantiæ iure sunt ꝓpria: non dono collata per grām. Tradita autem sibi dicit omnia: non cælum & terram, vel cætera, q̄ ipse cōdidit ac fecit elementa: sed hoc qui per filium accessum habent ad p̄rem, & ante rebelles: deum postea per fidē sentire cœperunt. Vnde & alio loco dicit. Oē qđ dat mihi pater, ad me veniet. Et nemo nouit, filium nisi pater, neq; patrem q̄s nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Cum diceret. Nemo nouit filium nisi pater: non dixit: & cui voluerit p̄r reuelare. quemadmodum cum dixerit: nemo nouit patrem nisi filius, addidit, & cui voluerit filius reuelare. Quod non ita intelligēdum est, q̄si a nullo possit cognosci, nisi a solo patre: p̄r autem non solum a filio: sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic em̄ potius dictum est: vt intelligamus: & p̄rem & ip̄m filium per filium reuelari, quia ipse est mentis nr̄æ lumen: vt qđ postea intulit, & cui voluerit filius reuelare: non p̄rem tm̄: sed etiam filium accipias. Ad totum em̄, qđ em̄ dixit illatum est. Verbo em̄ suo se p̄r declarat. Verbum em̄ non solum id, quod per verbum declarat: sed etiam seip̄m declarat. Vt scias autem: quia sicut fili⁹ p̄rem quibus vult reuelat ip̄m, audi dicentem ip̄m dn̄m Iesum: cum laudaret Petrū, ꝙ cum filium dei esse cōfessus sit. Btūs es Simon bariona: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi: sed p̄r meus qui est in cælis. Audiamus ergo eū qui sequit̄, & dicit. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis. Mirum q̄busdam videt̄ fratres charissimi: cum audiūt dn̄m dicētem. Venite ad me oēs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Tollite iugū meum super vos, & discite: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē animab⁹ vr̄is. Iugum em̄ meū suaue est: & onus meū leue. Et nō considerant eos, q̄ iugum ip̄m in trepida ceruice subierūt: & illā sarcinā māsuetissimis humeris acceperūt, tantis agitari & exerceri difficultatib⁹ huius scl̄i: vt nō a laborib⁹ ad quietem: sed a quiete ad laborem vocati videant̄. cum Apl̄s dicat. Omnes q̄ volūt pie viuere in Chr̄o Iesu: persecutionem patient̄. Ait ergo aliq̄s. Quō iugum ei⁹ suaue est, & sarcina leuis: qn̄ quidem illđ iugū & sarcinam ferre: nihil est aliđ q̄ȝ pie viuere in Chr̄o? Et quomodo dr̄. Venite ad me omnes q̄ laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, & non potius dr̄. Venite q̄ vacatis, vt laboretis? Nam & vacātes inuenit, q̄s cōducit in vineam: vt ferrent æstum diei: & sub illo iugo leui & sarcina leui: audiamus Apl̄m dicentem: In omnib⁹ commendātes nosmetip̄os sicut dei ministros, in m̄lta patientia, in tribulatiōibus, in necessitatib⁹, in angustiis, in plagis. &c. Et alio in loco eadem ep̄l̄a. A iudæis quinquies q̄dragenas vna minus accepi: ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte & die in profundo maris fui, & cætera pericula, quæ numerari quidem possunt, sed tollerari (nisi sp̄ū sancto iuuante) non possunt. Omnia ergo illa, q̄ commemorauit aspera &

Ioan. vi. d. Textus. Matt. xvi. Textus. ij. Tim. iij. ij. Cor. vi. e. ij. Cor. xi

grauia frequentius & abundantius sustinebat: sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exteriori hominis corruptione, interiorem renouare de die in diem, & gustata requie spūali in affluentia deliciarum dei: in spe futuræ beatitudinis omnia præsentia deliniret, aspera & grauia omnia releuaret. Ecce q̃ suaue iugum Chri portabat: & quam leuem sarcinam: vt omnia illa (q̃ superius enumerata dura & immania omnis auditor horrescit) leuem tribulationem diceret, intuens interiorib⁹ & fidelibus ocl'is, q̃nto precio temporalium emenda sit futura vita, nō pati labores æternos impiorum: & sine vlla solicitudine perfrui æterna fœlicitate iustorū. Secari & vri, se homines patiunt̃ vt dolores non æterni, sed aliq̃n diuturnioris vlceris acriorum dolorum precio redimant̃. In languidæ & incertæ vocatiōis breuissima atq; vltima vita, immanissimis bellis malus homo atterit̃, pluribus fortasse annis in laboribus inquietus: q̃ in ocio quieturus. Quib⁹ tempestatib⁹ & ꝓcellis: q̃ horribili & tremenda sæuitia cæli & maris importuni sunt mercatores: vt diuitias vẽtosas acquirant maioribus, q̃ quib⁹ acquisitæ sunt periclis & tempestatibus plenas? Quos æstus, q̃ frigora, q̃ pericl'a ab equis, a fossis, a p̄cipitijs, a fluminibus: a feris perferunt venatores? Quem laborem esuriendi & sitiendi: q̃ntas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiā capiant? Et interdum nec ipsius bestiæ carnes (ꝓpter quam hæc tāta sustinent epulis necessariæ) q̃ q̃ & si aper ceruusq; capit̃, magis suaue sit venantis animo, quia captus est: q̃ comedētis palato q̄a coctus est. Quātis cruciatibus ꝓpe cotidianorum plagarū tenera ætas puerorū subditur? Quātis etiam scholis vigiliarum & abstinētiæ molestijs exercent̃: non ꝓpter discēdam sapientiam: sed ꝓpter opes honorisq; vanitates, vt numeros & lr̄as & disertas fallacias eloqui discāt? Sed in his omnib⁹ (qui hæc nō amāt) eadem grauia patiūtur. Qui vero amāt, eadem q̄dem: sed nō grauia pati vident̃. Omnia em̄ sæua & immania: prorsus facilia & ꝓpe nulla efficit amor. Quāto ergo certi⁹ ac facilius ad veram b̄titudinem charitas facit: q̄d' ad miseriam q̃ntum potuit cupiditas fecit. Quam facile tolerat̃ q̃lībet aduersitas tp̄alis, vt æterna pœna vitet̃: & ęterna requies cōparet̃? Nō immerito ille vas electionis cū ingenti lętitia dicit. Nō sunt cōdignę passiōes hui⁹ temporis ad futurā gl'iam, q̃ reuelabit̃ in nobis. Ecce vñ iugum, illd' suaue est, & sarcina leuis. Et si āgusta est paucis eligentib⁹, facilis tñ omnibus diligentibus. Dicit psalmista. Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus: eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita diuinæ pietatis dispensatione actum est: vt interior homo (qui renouatur de die in diem) nō adhuc sub lege positus, sed iam sub gratia exoneratus sarcinis, innumerabilium obseruationum: quod erat reuera graue iugum, sed duræ ceruici conuenienter impositum: facilitatē simplicis fidei & bone spei & sanctæ charitatis, q̄cq̄d molestiarū exteriori homini forinsec⁹ intulisset, ille princeps, q̄ miss⁹ est

ij. Cor. iiij.

Rom. viij.

Ps. xvi.

foras, interiore gaudio leue fieret. Nihil enĩ tam facile est bonę voluntati, q̃ ipsa sibi: & hęc sufficit deo. Quãtumlibet ergo seuiat iste mũdus: verissime angeli nato in carne dño clamauerunt. Gloria in excelsis deo: & in terra pax hoĩbus bonę voluntatis. Quia qui natus erat, suaue iugũ eius est, & sarcina leuis sicut dicit Apl's. Fidelis deus, qui nõ sinit tentari nos sup id, qd' possumus ferre, Sed facit cũ tentatione etiã exitum: vt possim⁹ sustinere. Conuersi ad dñm deum p̃rem omnipotentẽ puro corde, ei inquãtum potest prauitas nr̃a maximas atq; veras gr̃as agamus: p̃dicantes toto animo singularẽ mãsuetudinẽ eius: vt p̃ces nr̃as in bñplacito suo exaudire dignet̃. Inimicum q̃q; a nr̃is actib⁹ & cogitatiõibus sua v̾tute expellat: nobis multiplicet fidẽ, mentem gubernet: sp̃uales cogitatiões cõcedat: & ad b̃titudinem suam p̱ducat: per Iesum Chr̃m dñm nr̃m filiũ suum: qui cũ eo viuit, & regnat in vnitate sp̃ũssancti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Lucę. ij. b.
Mat. xj.
j. corin. x. c.

¶ Segmentum ex Euangelio Matthæi. cap̃. xx. lr̃a. A. quod canitur dñica in septuagesima.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipl'is suis parabolam hanc. Simile est regnũ cælorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane cõducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in vineã suã. Et egressus circa horã tertiam, vidit alios stãtes in foro ociosos: & dixit illis. Ite & vos in vineã meã: & qd' iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterũ autem exijt circa sextã & nonã horã: & fecit sil'r. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios stãtes: & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dixit illis: ite & vos in vineã meã. Cum sero autẽ factũ esset, dixit dñs vineæ p̱curatori suo. Voca operarios: & redde illis mercedẽ: incipiẽs a nouissimis vsq; ad primos, Cũ venissent ergo, q circa vndecimã horam venerãt: acceperũt singl'os denarios. Venientes aũt & primi, arbitrati sunt, q plus essent accepturi. acceperũt aũt & ipsi singl'os denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduersus p̃rem familias dicẽtes, Hi nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti: q portauimus põdus diei & ęstus? At ille respõdens vni eorũ. Amice nõ facio tibi iniuriã: nonne ex denario cõuenisti mecum? tolle qd' tuũ est, & vade. Volo aũt & huic nouissimo dare, sicut & tibi, aut nõ licet mihi, qd' volo facere? an ocl's tu⁹ nequã est: qa ego bon⁹ sum? sic erũt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enĩ sunt vocati, pauci vero electi.

Portauimus põd⁹ diei & ęst⁹. Itala dicit legẽdũ eẽ: pond⁹ diei & ęstũ. Itẽ ... non mihi q̃ ... &c. Di... ... ... rat ... j. cor. ... licz face... nõ volo ... meis ... tu⁹ ... est: q: ... o bonus ... um.

¶ Homilia b̃ti Gregorij papę de eadẽ lcõne. Habita ad pp̃lm in basilica b̃ti Laurentij martyris in septuagesima.

IN explicatione sua, multa ad loqndum sancti euangelij lctõ postulat/quã volo (si possum) sub breuitate pstringere, ne vos & extẽsa pcessio, & plixa expositio videat onerare. Regnũ cęlorũ homini patrifamilias sile dr̃: q ad excolendã vineã suã oparios cõducit. Quis vero pr̃isfamilias silitudinem rectius tenet, q̃ conditor nr̃: q regit sic quos cõdidit, & electos suos in hoc mundo possidet: q̃si subiectos dñs in domo? Qui habet vineam/vniuersam scilicet eccl'iam: ab Abel iusto vsq; ad vltimũ electũ: qui in fine mũdi nasciturus est: quot sctõs ptulit/q̃si tot palmites misit. Hic itaque pr̃ Familias ad excolendã vineã suã mane hora tertia/sexta/nona/& vndecima/oparios cõduxit, quia a mundi hui9 initio vsque ad finẽ/ad erudiendã plębẽ fideliũ p̃dicatores cõgregare nõ desistit. Mane etem̃ mundi fuit ab Adã vsq; ad Noe: hora vero tertia a Noe vsq; ad Abraã/sexta q̃q; ab Abraã vsq; ad Moysen: nona autem a Moyse vsq; ad aduentũ dñi. Vndecima vero ab aduẽtu dñi/vsq; ad finẽ mũdi, in q̃ p̃dicatores sancti Apl'i missi sunt, qui mercedẽ plenã & tarde veniẽtes acceperunt. At erudiendã ergo dñs plebẽ suam/q̃si ad excolendã vineã suam nullo tp̃e destitit oparios mittere: quia & prius per patres: & postmodũ per legis doctores prophetas/& ad extremũ vero per apl'os/dũ plębis suæ mores excoluit/q̃si per oparios in vineæ cultura laborauit: q̃uis in quolibet modulo/vl' mensura quisquis cũ fide recta bonæ p̃dicator actiõis extitit/hui9 vineę operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia/sexta/& nona/antiquus ille & Hebraicus ppl'us designat: qui in electis suis ab ipso mundi exordio/dum recta fide deum studuit colere, q̃si non destitit in vineæ cultura laborare. Ad vndecimam vero gentiles vocantur: quibus & dr̃. Quid hic statis tota die ociosi? Qui em̃ transacto tam longo mundi tp̃e p vita sua laborare neglexerant. q̃si tota die ociosi stabant. Sed pensate fratres/quid inquisiti respõdeant. Dicunt ei. Quia nemo nos cõduxit. Nullus qppe ad eos patriarcha, nullus pp̃heta venerat. Et qd est dicere: ad laborem nemo nos cõduxit/nisi quia vitæ nobis vias nullus prædicauit? Quid ergo nos a bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene a mr̃is vtero ad fidẽ venimus? qui verba vitæ ab ipsis cunabilis audiuimus? q ab vberibus sanctæ ecclesiæ potum sanctę prædicationis sumpsimus cum lacte carnis? Possumus vero & easdem diuersitates horarũ etiam ad vnum quemq; hominẽ per ætatum momenta distinguere. Mane qppe intellectus nostri pueritia est. hora autem tertia adolescentia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum pficit, dum calor ætatis crescit. Sexta vero iuuentus est/quia velut in centro sol figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto axe descendit: quia ea ætas á calore iuuentutis deficit. Vndecima vero hora ea est ætas, quæ decrepita vel veterana dr̃.

Eccl'ia ab Abel iusto incipit.

Mũdus varias habet ętates.

Textus.

Textus.

Chr̃iani a bono opere cessãtes vix se excusabunt apud dñm.

Vnde greci valde seniores nō gerontas, sed presbyteros appellant: vt plusq̄ senes esse insinuent, quos puectiores vocāt. Quia ergo ad vitam bonā alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuuētute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur, quasi diuersis horis operarij ad vineam vocantur. Mores ergo vr̄os fratres aspicite si iam dei operarij estis: videte. Pēset vnusquisq̄ quid agat: & consideret, si in dn̄i vinea laboret. Qui em̄ in hac vita ea, quæ sunt huius mundi, querit, adhuc ad dn̄i vineam non venit. Illi nāq̄ dn̄o laborant: qui nō sua, sed lucra dn̄ica cogitant: qui zelo charitatis, studio pietatis inseruiunt. animabus lucrandis inuigilant, pducere & alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi viuit, qui carnis suę voluptatibus pascit: recte ociosus redarguit: quia fructum diuini operis non sectat. Qui vero & vsq̄ ad ætatem vltimā deo viuere neglexerit, q̄si vsq̄ ad vndecimā ociosus stetit. Vnde recte vsq̄ ad vndecimam torpentibus dr̄. Quid hic statis tota die ociosi? Ac si aperte dicatur. Et si deo viuere in pueritia & in iuuentute noluistis, saltem in vltima ætate resipiscite, & ad vitæ vias, cum iam multū laboraturi non estis, vl' sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat: & plærumq̄ ante remunerantur: quia prius ad regnum de corpore exeunt: q̄ hi q iam in puritia vocati esse videbāt. An non ad vndecimā venit latro? q & si non habuit per ætatem: habuit tn̄ sero per pœnā: qui deum in cruce confessus est, & pœnę cum voce sententię sp̄m exalauit vitę. A nouissimo autē reddere denarium paterfamilias cœpit: quia ad paradisi requiem prius latronem, q̄ Petrum perduxit. Quanti pr̄es ante legem, q̄nti sub lege fuerunt: & tn̄ hi, qui in dn̄i aduentu vocati sunt, ad cælorum regnum sine aliqua tarditate puenerunt? Eundem ergo denarium accipiunt, qui laborauerūt ad vndecimam, quē expectauerunt toto desiderio: qui laborauerunt ad primam: quia æqualē vitæ æternę retributiōem sortiti sunt cū his, qui a mūdi initio vocati fuerāt, hi qui in mundi termino ad fidem venerunt. Vnde & hi qui in labore p̄cesserunt. Murmurātes dicunt. Hi nouissimi vna hora fecerūt & pares nobis illos fecisti, q portauimus pōdus diei & æstus? Pondus em̄ diei & æstus portauerunt, hi quos a mundi initio, q̄ diu hic cōtigit viuere, necesse etiam fuerat longiora carnis tentamenta tollerare. Vnicuiq̄ em̄ pōdus diei & æstus ferre, est per longioris vitæ tp̄a carnis suæ calore fatigari. Sed q̄ri potest, quomodo murmurasse dicti sūt: qui saltem sero ad regnū vocant? Cælorum em̄ regnum nullus murmurans accipit, nullus qui accipit: murmurare potest. Sed quia antiqui pr̄es vsq̄ ad aduentū dn̄i quātumlibet iuste vixerint, ducti ad regnum non sunt: nisi ille descenderet, qui paradisi claustra hominibus interpositione suæ mortis aperiret. Eorum ergo hoc ip̄m murmurasse est: qd' & recte p percipiendo regno vixerunt: & tamē diu ad percipiendum regnū dilati sunt. Quos em̄ post peractam iusticiam inferni loca, (quāuis tranquilla susceperunt) eis pfecto & laborasse fuit in vinea, & mur

Margin notes:

Vinea dn̄i q dicāt recte colore.

Textus

Qui sine fructu iuuentutē p̄terijt: saltē in senectute nitatur dn̄i viuere.

Textus.

Regnū cælor an possit a murmurātib⁹.

muraffe. Quasi ergo post murmurationem denarium accipiunt, qui post longa inferni tpa ad gaudia regni peruenerunt: Nos autem, qui ad vndecimam venimus, post laborem nõ murmuramus, & denariũ accipimu: squia post mediatoris aduẽtum in hoc mundo veniẽtes ad regnũ ducimur: mox vt de corpe eximus, & illd' sine mora pcipimus, qd' antiqui pres cũ magna pcipere dilatione meruerũt. Vnde & idẽ paterfamilias dicit. Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi. Et quia ipsa regni pceptio eius est bonitas voluntatis, recte subiungit. An nõ licet mihi, qd' volo facere? Stulta em̃ q̃stio est hois contra benignitatem dei. Conq̃rendum quippe esset, si nõ daret, qd' deberet: sed non si daret, qd' debuerit. Vnde aperte subdit. An oclus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Nemo autem se de ope, nemo de tpe extollat, cum hac expleta sentẽtia subseq̃nter veritas clamat. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Ecce em̃ (& si iam scimus) q̃ vl' q̃nãta bona egimus: adhuc supnus iudex q̃ subtilitate hæc examinet, ignoramus. Et quidem gaudendũ cuiq; summopere est, in regno dei esse se vl' vltimum. Sed post hæc terribile est valde, qd' sequit. Multi em̃ sunt vocati: pauci vero electi. Quia ad fidem mlti veniunt: & ad cæleste regnum pauci pducuntur. Etem̃ ad hodiernam festiuitatem q̃ mlti conuenimus: eccliẽ parietes implemus: sed tñ quis sciat, q̃ pauci sunt, qui in illo electorum dei grege numerẽtur? Ecce vox omnium Chr̃m clamat, sed vita omniũ Chr̃m non clamat. Plæriq; deum vocibus sequunt, moribus fugiunt. Hinc etem̃ ad Titũ Paulus dicit. Qui cõfitent se nosse deum: factis autem negant. Hinc Iacobus ait. Fides sine opibus mortua est. Hic p psalmistam dñs dicit. Annunciaui, & locutus sum: m̃ltiplicati sunt sup numerum. Vocante autem dño, sup numerũ m̃ltiplicant fideles. quia nonnunq; etiam hi ad fidem veniũt: qui ad electorũ numerũ non ptingunt. Hic em̃ fidelibus per confessiõem admixti sunt: sed ppter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium nõ merent. Hoc ouile sanctæ ecclesiæ hædos cum agnis recipit. Sed attestante euãgelio cũ iudex venerit, bonos a malis separat, sicut pastor segregat oues ab hędis. Neq; etem̃ possunt, q hic carnis suę voluptatibus seruiũt, illic in ouium grege munerari: illic eos a sorte humiliũ iudex separat: qui se hic in supbiæ cornib9 exaltãt. Regnũ cælorũ percipe nequeunt, qui hic & cælesti fide positi, toto desiderio terrena q̃runt Et m̃ltos tales intra eccl̃iam fratres charissimi cernitis: sed eos nec imitari nec despicere debetis. Quid em̃ sit hodie, aspicim9: sed qd cras futurus sit vnusqsq;, nescim9. Plerũq; & q post nos venire cernit, p agilitatem nos boni opis ãtecedit: & vix eũ cras seqmur, quẽ hodie prire videbamur. Ecce cũ Stephanus p fide morerẽt: Saulus lapidantiũ vestimenta seruabat. Omniũ ergo manib9 ipse lapidauit, q ad lapidandũ oẽs exertos reddidit: & tñ eũdẽ ipm in scta ecclia laborib9 ãtecessit, quẽ psequẽdo martyrẽ fecit. Duo ergo sunt, q pẽsare solicite debem9. Quia etem̃ multi vocati: sed pauci electi

Tertiꝰ.
Textus.
Textus.
Textus.
Titũ. j d.
Jaco. ij. d
ps. xxxix.
Mat. xxv c
Ite gnũ cælorũ qbꝰ de negatũ est

sunt. Primum est: vt de se quisq; minime præsumat: quia & iam ad fidem vocatus sit: vtrum perenni regno dignus sit; nescit. Secundum vero est: vt vnusquisq; proximũ (quem fortasse iacere in vitijs conspicit) desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Rem fratres, quæ nuper contigit, refero: vt si nos peccatores ex corde esse cõspicitis: omnipotentis dei misericordiam amplius ametis. Præsenti anno in monasterio meo, quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli ecclesiam situm est, frater quidã ad conuersionem venit. Deuote susceptus est, sed ipse deuotius conuersatus, Hunc ad monasterium frater suus corpore, non corde secutus est. Non valde conuersationis vitam & habitum detestans in monasterio vt hospes habitabat: & monachorum vitam moribus fugiens recedere a monasterij habitatione non poterat; quia vel quid ageret: vel vnde viueret, non habebat. Erat prauitas eius cunctis onerosa: sed hunc omnes æquanimiter pro fratris eius amore tollerabant. Nam superbus & lubricus: si qua post hoc sęculum vita sequeretur, nesciebat. Irridebat vero, si quis illi hanc prædicare voluisset, Itaq; cum habitu sæclari viuebat in monasterio: verbis leuis, nutibus instabilis, mente tumidus, veste compositus, actione dissipatus. Mense autem Iulio nuper elapso: huius quam nostis pestilentiæ clade percussus est. Qui ad extremum veniens, vrgeri cœpit: vt animam redderet. Et vltima iam corporis parte præmortua, vitalis virtus in solo pectore & lingua remanserat. Fratres aderant: eiusq; exitum (in quantum deo largiente poterant) orõne tuebãtur. At ille subito ad deuorandum se draconem venire conspiciens: magnis cœpit vocibus clamare dicens. Ecce draconi ad deuorandum datus sum, propter vestram autem præsentiam deuorare me non potest. Quid mihi moras facitis? Date locũ: vt ei deuorare me liceat. Cũq; hunc fratres, vt signũ sibi crucis imprimeret: admonerẽt: respõdebat ꝟtute, q̃ poterat. dicens. Volo me signare: sed nõ possum: quia a dracone p̃mor. Spumæ oris ei⁹ faciẽ meã liniunt: guttur meũ ore eius suffocat. Ecce ab eo brachia mea cõprimunt: q & caput meũ in suo ore absorbuit, cũq; hęc pallẽs & tremẽs & moriẽs diceret: cœperũt fratres vehemẽtius orõni insistere & opp̃ssum draconis p̃sentia suis p̃cibus adiuuare. Tum repẽte liberat⁹, magnis cœpit vocib⁹ clamare dicẽs. Deo g̃ras, ecce discessit, ecce exit: ante orõnes vr̃as fugit draco: qui me accepat, Mox autẽ seruiturũ se deũ & esse monachũ deuouit: atq; tẽpore illo nũc vsq; febrib⁹ p̃mit: dolore fatigat. Morti q̃dẽ subtractus est: sed adhuc plenius vitę restitut⁹ nõ est. Quia em̃ lõgis & diuturnis iniq̃tatibus p̃ssus est: lõgo languore fatigat: & durũ cor ignis purgatiõis durius concremat: q̃a diuina dispensatiõe agitur: vt ꝓlixiora vitia ægritudo prolixior exurat. Quis vnq; illum seruari ad cõuersionem crederet? Quis tantã dei misericordiam cõsiderare sufficiat? Ecce iuuenis prau⁹ draconẽ vidit in morte, cui seruiuit in vita: nec vidit, vt vitã fundit⁹ ꝑderet, sed vt cui seruierat, sciret: sciẽdo resisteret:

ipsumq;

ipsumq; resistendo superaret:& eum quo non videns prius tenebatur:vidit postea, ne teneretur. Quæ ergo lingua narrare viscera diuinæ misericordiæ sufficiat? Quis spũs ad tantæ pietatis diuitias non obstupescat? Has diuinę pietatis diuitias considerauit psalmista cũ diceret. Adiutor meus tibi psallã: quia tu deus susceptor meus es:deus meus misericordia mea. Ecce ꝑpendens in q̃bus laboribus humana sit vita cõstituta: deum appellauit adiutorem. Et quia a tribulatione p̃senti/in requiẽ æternã nos suscipit: appellat etiã suscepto rem Sed considerãs/q̧ mala nr̃a aspicit.& portat/culpas nr̃as tolerat: & tñ nos ꝑ patientiã ad p̃mia reseruat: noluit deũ misericordẽ dicere:sed hũc ip̃am misericordiã vocauit: dicens: deus meus misericordia mea. Reuocemus ergo ante oclo̅s mala q̃ fecimus: pensem9 ex quãta dei benignitate toleramur: cõ sideremus, q̃ sunt pietatis eius viscera: vt non solum culpas indulgeat: sed cę leste regnũ pœnitentibus etiã post culpas ꝓmittat: atq; ex omnib9 medullis cordium dicamus singuli. dicamus oẽs: deus meus misericordia mea. Tu autem domine miserere nostri.

ps.lviij.d

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ. viij. capite. A. Quod canitur dominica in sexagesima.

In illo tp̃e. Cum turba plurima conueniret ad iesum,& de ciuitatibus ꝓperarẽt ad eũ: dixit ꝑ similitudinem. Exijt, qui seminat seminare semẽ suum. Et dũ seminat, aliud cecidit secus viã,& conculcatũ est.& volucres cæli comederunt illd'. Et aliud cecidit supra petrã:& natum aruit: quia nõ habebat humorẽ. Et alid' cecidit inter spinas,& simul exortæ spinæ: suffocauerunt illd'. Et aliud cecidit in terrã bonã:& ortũ/fecit fructũ centuplum. Hęc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autẽ eum discip̅li eius: q̃ esset parabola. Quibus ip̃e dixit. Vobis datũ est nosse mysteriũ dei, cęteris autem in parabolis: vt videñtes nõ videant:& audientes nõ intelligãt. Est autẽ hæc parabola. Semẽ, est verbũ dei. Qui autẽ secus viã: hi sunt q̃ audiunt: deinde venit diabolus:& tollit verbũ de corde eorũ: ne credẽtes salui fiant. Nam q̃ supra petrã, hi sunt qui cũ audierint, cũ gaudio suscipiunt verbũ:& hi radices non hñt: quia ad tẽpus credunt:& in tp̃e tentationis recedunt. Qd' autẽ in spinas cecidit: hi sunt q̃ audierunt:& a solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocant,& non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent,& fructum afferunt in patientia. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij papæ. Habita ad pp̅lm in Basilica sancti Pauli Apostoli in septuagesima.

LEctio sancti euangelij(quam modo audiuimus)fratres charissimi:expositiōe nō indiget:sed admonitiōe. Quia em̄ per semetipsam veritas exposuit:hanc discutere humana fragilitas nō præsumat. Sed est,qđ sollicite in hac ipsa expositiōe dn̄ica pensare debemus:quia si nos vobis semen v̄bum/agrum mundi,volucres dæmonia:spinas diuitias significare diceremus:ad credendū nobis mens fortitan vr̄a dubitaret. Vnde & idem dn̄s per semetip̄m dignatus est exponere/qđ dicebat:vt sciatis rerum significatiōes quærere:in his etiā quæ per semetip̄m voluit explanare. Exponendo ergo(qđ dixit figurate se loqui) innotuit:q̄tenus certos vos redderet:cum vobis nr̄a fragilitas figuras v̄borum illius aperiret. Quis em̄ mihi vnq̄ crederet,si spinas diuitias interp̄tari voluissem:maxime cum illę pungāt,& istæ delectent? Et tn̄ spinæ sunt,quia cogitationū suarū punctiōibus mentem lacerāt,& cum vsq̄ ad pc̄tm̄ ptrahunt,q̄si inflicto vulnere cruentāt. Quas bn̄ hoc in loco/alio euāgelista testante:nequaq̄ dn̄s diuitias,sed fallaces diuitias appellat. Fallaces em̄ sunt,q̄ nobiscum diu permanere nō possunt. Fallaces sunt:q̄ mentis nostræ inopiā nō expellunt. Solæ aūt diuitiæ veræ sunt:q̄ nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo fratres charissimi vere diuites esse cupitis:veras diuitias amate. Si culmen veri honoris q̄ritis,ad cæleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis:in illa superna angelorum curia ascribi festinate. Verba dei (q̄ aure percepistis)mēte retinete. Cibus em̄ mentis,est sermo dei. Et q̄si acceptus cib9 stomacho languente reijcit:quādo auditus sermo in ventre memoriæ non tenet. Sed quisquis alimenta nō retinet,huius ꝑfecto vita desperat. Aeternæ ergo mortis pericula formidate:si cibū quidem sanctæ exhortationis accipitis:sed verba vitæ(idest)alimēta iusticiæ in memoria nō tenetis. Ecce transit omne,qđ agitis:& ad extremū iudiciū sine vlla momenti interpositiōe cotidie volētes nolentesq̄ properatis. Cur ergo amatur,qđ relinquitur? Cur illđ negligit,quo peruenitur? Mementote qđ dr̄. Si quis habet aures audiendi, audiat. Omnes em̄,qui illic aderāt,aures corporis habebāt. Sed qui cūctis aures habentibus.si quis habet aures audiendi audiat/dicit/aures proculdubio cordis requirit. Curate ergo vt acceptus sermo in cordis aure remaneat, curatæ,ne semen iuxta viam cadat:ne malignus sp̄s veniat:& a memoria v̄bum tollat. Curate,ne petrosa terra semē excipiat:& fructum boni operis sine pseuerātiæ radicibus mittat. Multis em̄ libet,qđ audiunt,boni operis initia ꝓponunt:sed mox vt fatigari aduersitatibus cœperint/inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem nō habuit:quia hoc qđ germinauerat:ad fructū perseuerātiæ nō perduxit. Multi namq̄ cum v̄bum cōtra auaritiam audiunt:eādem auaritiā detestātur, rerum oīm contēptum laudant: sed mox,vt viderit animus, qđ concupiscat:obliuiscitur qđ laudabat. Mihi

Mat.xiij.c Diuitię di cūt fallaces.

Cib9 mētis est s̄mo dī.

Iudiciū ad extremū sine intermissione ꝓperam9.

cum verbum contra luxuriã audiunt. pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt: sed etiã perpetratas erubescunt: sed mox vt carnis species eorum oculis apparet: sic mens ad desiderium rapitur: ac si adhuc ab ea nihil sit contra hæc eadem desideria deliberatũ: & dãnanda ait, q̃ qcquid egisse se meminit, iã & ipsa dãnauit. Sepe etiã cõtra culpas cõpungimur: & tñ post fletum ad easdẽ culpas redim⁹. Sic Balaã israelitici ppli tabernacula cõtemplatus fleuit: eisq; se similẽ fieri in morte depoposcit dicẽs. Moriat̃ anima mea morte iustorũ: & fiat nouissima mea horũ silia. Sed mox vt hora cõpunctiõis transijt: in auaricię neqtiã exarsit. Nã ppter pmissa munera in ei⁹ ppli mortẽ cõsiliũ dedit: cui⁹ morti in morte se similẽ fieri optauit, & oblitus est qđ plãxerat, cũ extinguere noluit, qđ p auariciã ardebat. Notãdũ vero est, qđ exponens dñs dicit: qa solicitudines & voluptates & diuitię suffocãt vbũ. Suffocãt eñ, quia importunis cogitatiõib⁹ suis guttur mẽtis strãgulãt, & dũ bonum desideriũ intrare ad cor nõ sinunt, q̃si aditũ flatus vitalis necãt. Notãdũ etiã, ꝙ duo sunt, q̃ diuitijs iũgit, sollicitudines videlicet & voluptates, quia pfecto & p curã mentẽ opprimũt, & p affluentiã resoluũt. Res eñ cõtrarię possessores suos & afflictos & lubricos faciũt. Sed qa voluptas cõuenire cũ afflictione nõ potest, alio quidẽ tpe p custodię suę solicitudinẽ affligũt: atq; alio p abũdantiã ad voluptates emolliũt. Terra aũt bona fructũ p patientiã reddit: qa scilicet nulla sunt bona, q̃ agim⁹, si nõ æq̃nimiter etiã pximorũ mala toleramus: q̃nto eñ quisq; altius pfecerit: tãto in hoc mũdo inueniet, qđ durius porter, quia cũ a p̃senti sclo mentis nrę delectatio deficit: eiusdem sęcli aduersitas crescit. Hinc est eñ, ꝙ plerosq; cernimus, & bona agere: & tñ sub graui tribulationũ fasce desudare. Terrena nãq; desideria fugiũt: & tñ flagellis durioribus fatigant̃. Sed iuxta dñi vocẽ: fructũ p patientiã reddunt: quia cũ hũiliter flagella suscipiũt, post flagella ad requiẽ sublimiter suscipiunt̃. Sic vua calcibus tundit̃: & in vini liquorẽ liquat̃. Sic oliua cõtusiõibus expssa: amurcam suã deserit: & in olei liquorẽ pinguescit. Sic p triturã areæ a paleis grana separant̃: & ad horreũ purgata pueniũt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere: studeat hũiliter purgatiõis suę flagella tolerare: vt tãto post ad iudicẽ mũdior veniat: q̃nto nunc eius rubiginẽ ignis tribulatiõis purgat. In ea porticu (q̃ euntibus ad eccłiam bti Clemẽtis est peruia) fuit quidã seruulus noĩe: quẽ mltivrm mecũ nouerũt: rebus paup: meritis diues: quẽ lõga ęgritudo dissoluerat. Nã a primęua ętatę vsq; ad finẽ vitę, paralyticus iacebat. Quid dicã? qa stare nõ poterat, q nũq; in lecto suo surgere vl ad sedẽdũ valebat: nũq̃ manũ suã ad os suũ ducere, nũq̃ se potuit in lat⁹ aliđ declinare. Huic ad seruiẽdũ mr cũ frr eaderat: & quicquid ex eleemosyna potuisset accipe, hoc eorũ manib⁹ paupib⁹ erogabat. Neq̃q̃ lrãs nouerat: sed scripturę sacrę sibimet codices emerat: & religiosos q̃sq; i hospitalitatẽ suscipiẽs, hos corã se legere sine intmi ssiõe faciebat. Fa. tũq; e: vt q̃tũ ad mẽsurã ppriã attinet, plene scripturã sacrã disceret: cũ

Nu.xxiij.

Balaã ppt auariciã in popli necẽ consensit.

Bõis q̃nq; graues cõtingũt afflictiones.

(sicut dixi) litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semp̄ grãs agere hymnis deo & laudib9 dieb9 ac noctibus vacare. Sed cum iã tp̄s esset: vt tã-ta eius patiẽtia remunerari debuisset, mẽbrorũ dolor ad vitalia redijt. Cũq; se iã morti ꝓximũ agnouit, ꝑegrinos viros atq; in hospitalitatẽ receptos admonuit, vt surgerẽt & cũ eo psalmos ꝓ expectatiõe sui exitus decantarent. Cũq; cum eis & ip̄e moriẽs psalleret: voces psallentiũ repẽte cõpescuit: cũ terrore magni clamoris dicẽs. Tacete, tacete, nunqd non auditis quãtæ resonãt laudes in cęlo? Cũq; ad easdẽ laudes (q̃s intus audierat) aurẽ cordis intẽderet, scta illa anima carne soluta est. Sed exeũte illa, tãta illi fragrãtia odoris aspsa est: vt oẽs q illic aderãt, inęstimabili suauitate replerent: ita vt ꝑ hoc patenter agnoscerẽt, ꝙ eã cũ laude in cęlo suscepissent. Cui rei monachus nr̄ interfuit: q nunc vsq; viuit, & cũ magno fletu attestari solet: qa quousq; corpus eius sepulturę traderent, ab eorũ naribus odoris illius fragrãtia nõ recessit. Ecce quo fine ex hac vita migrauit: q hic æquanimiter flagella tollerauit. Iuxta vocem ergo dñicã bona terra fructũ ꝑ pœnitentiã reddidit: q̃ exarata disciplinę vomere ad remũeratiõis segetẽ ꝑuenit. Sed vos rogo attẽdite fratres, qđ excusationis argumentũ in illo districto iudicio habiturisum9 nos: q á bono opere torpentes & res & manus accepimus: si p̄cepta dñi egen9 & sine mãib9 impleuit. Nõ cõtra nos dñs tunc apl'os ostẽdat: qui ad regnũ secũ fideliũ turbas p̄dicando traxerũt: nõ cõtra nos martyres exhibeat: qui ad cęlestẽ patriã sanguinẽ fundẽdo ꝑuenerũt. Quid tũc dicturi sumus, cũ hunc (de q̃ locuti sumus) seruulũ viderimus? Cui lõgus langor brachia tenuit: sed tñ hęc a bono ope nõ ligauit. Hæc vobiscũ fratres agite: sic vos ad studiũ boni opis instigate: vt cum vobis bonos modo ad imitandum proponitis: eorum tunc consortes esse valeatis.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ. Cap̄. xviij. littera. E. quod canitur dominica in quadragesima.

Assumpsit aũt iesus duodecim discip'os suos: & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã: & cõsummabũtur oia q̃ scripta sunt ꝑ ꝓphetas de filio hois. Tradet' eñ gentibus: & illudet', & flagellabitur, & conspuetur. Et postq; flagellauerint, occidẽt eũ, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat verbum istũ absconditum ab eis: & non intelligebant: quæ dicebãtur. Et reliqua.

¶ Homilia bt̄i Gregorij papę. Habita ad pplm in basilica beati Petri Apostoli, dñica in quinquagesima.

REdemptor nr̄ præuidēs ex passione sua discipulorū animos pturbatos:eis lōge ante & eiusdem passiōis pœnā & resurrectiōis suæ gliam p̄dicit:vt cū moriē tem(sicut p̄dictū est)cernerēt etiā resurrecturum nō dubitarēt.Sed qa carnales adhuc discipli:nullo modo valebāt cape verba mysterij,venit ad miraclm. Ante eorum oclos cæcus lumē recepit:vt q cælestis mysterij v̄ba nō caperēt:eos ad fidē cęlestia facta solidarēt.Sed miracła dñi ac saluatoris nr̄i sic accipiēda sunt frēs mei:vt in v̄itate credant facta,& tñ per significatiōem nobis aliqd innuant.Opera quippe eius,& p potentiam alid ostendūt,& per mysteriū alid loquunt. Ecce em̄ q iuxta historiam cæcus iste fuerit ignoram9,sed tñ quid p mysteriū significet,nouim9.Cæcus quippe est genus humanū,qd in parēte primo a paradisi gaudijs expulsum/claritatē supnæ lucis ignorās/damnatiōis suæ tenebras patit:sed tñ per redemptoris sui p̄sentiam illuminat : vt internæ lucis gaudia iam per desiderium videat,atq; in via vitæ boni opis gressus ponat. Notandum vero est,q cum Iesus Iericho appropinquaretur, cęcus illuminatur. Iericho quippe interp̄tat luna.Luna aūt in sacro eloquio p defectu ponitur carnis:quia dū menstruis mometis decrescit.defectum nr̄æ mortalitatis designat.Dum igit conditor nr̄ appropinqt Iericho, cæcus ad lumen redit:quia dū diuinitas defectū nr̄ę carnis suscepit:humanū genus lumē(quod admiserat)recepit. Vnde em̄ deus humana patit,inde homo ad diuina subleuatur.Q ui videlicet cæcus recte & iuxta viā sedere/& mēdicās esse describitur.Ipsa em̄ veritas dixit.Ego sum via.Q ui ergo æternæ lucis claritatē nescit,cæcus est. Sed si iam in redēptorē credit,iuxta viā sedet.Si aūt iam credit;sed vt æternam lucē recipiat,rogare dissimulat,atq; a p̄cibus cessat,cęcus quippe iuxta viā sedet:sed minime mēdicat.Si vero crediderit : & cæcitatem cordis sui cognouerit:sed vt lumen veritatis recipiat,postulat iusta viam:sedet cæcus & mēdicat. Q uisquis ergo cæcitatis suæ tenebras agnoscit:qsqs hoc,qd sibi deest lumen æternitatis intelligit,clamet medullis cordis,clamet vocibus mētis dicēs.Iesu fili Dauid,miserere mei.Sed quid clamāte cęco subiungit audiamus. Et qui p̄ibant increpabāt eū,vt taceret. Q uid autem designāt isti,qui Iesu veniēte p̄cedūt:nisi desideriorū carnaliū turbas,tumultusq; vitiorū:qui priusq; Iesus ad cor nr̄m veniat:tentationib9 suis cogitationem nr̄am dissipant:& voces cordis in orōne perturbant? Sæpe nāq; dum cōuerti ad deū post ppetrata vita volumus:dū contra hæc eadem exorare vitia,q perpetrauimus conamur,occurrūt cordi phantasmata pctōrum:q fecimus:mentis nr̄æ aciem reuerberant,confundūt animum,& vocem nostrę depcationis p̄munt.Q ui p̄ibant ergo increpabāt eū/vt taceret:quia priusq; Iesus ad cor veniat:mala q fecimus,cogitationi nr̄æ suis imaginibus illisa,

Miracula Chr̄i vltra ipam v̄ita tem aliqd innuunt.

Iericho lūa interp̄tatur.

Lūa p defectu ponit i sacro eloquio.

Gen9 hūanū qn̄ recepit lumen qd admiserat.

Textus.

Conuersio pctōrum ad deum qbus impeditur

in ipsa nos nostra orone conturbant. Sed quid adhuc illuminandus cæcus fecit: audiamus. Sequitur. Ipse vero multo magis clamabat: fili Dauid, miserere mei. Ecce quem turba increpat, vt taceat: magis ac magis clamat: quia quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium pmimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba, ne clamemus: quia peccatorum nostrorum phantasmata plærumque in oratione patimur. Sed nimirum necesse est, vt vox cordis nostri: quo durius repellitur, eo valentius insistat: quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet, atque ad pias aures Domini nimietate suæ importunitatis erumpat. In se (vt suspicor) recognoscit vnusquisque, quod dicimus: quia dum ab hoc mundo animum ad deũ mutamus: dum adorationis opus conuertimur, ipsa, quæ prius delectabiliter gessimus, importuna post & grauia in oratione nostra toleramus. Vix cogitatio eorum manu sancti desiderij ab oculis cordis abijcitur, vix eorum phantasmata per pœnitentiæ lamenta superantur. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus, trãseuntem Iesum menti figimus. Vnde illic subditur. Stans aũt Iesus, iussit eũ adduci ad se. Ecce stat, qui ante trãsiebat: quia cum adhuc turbas phantasmatum in orone patimur: Iesum aliquatenus transeũtem sentimus. Cum vero oroni vehementer insistimus, stat Iesus, vt lucem restituat: quia deus in corde figitur: & lux amissa reparatur.

Qua tamẽ in re & aliud aliquid in nobis dñs innuit: qđ intelligi de humanitate & diuinitate illius vtiliter possit. Clamantem etenĩ cæcum transiens Iesus audiuit: sed stans miraclm illuminationis exhibuit. Transire nãque humanitatis est, stare diuinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci, crescere, mori, resurgere, de loco ad locũ venire. Quia ergo in diuinitate mutabilitas non est: atque hoc ipm mutare, transire est: profecto iste transitus ex carne est, non ex diuinitate. Per diuinitatem vero ei semper stare est: quia vbique psens: nec per motũ venit: nec per motũ recedit. Cæcum igit clamantem dñs, transiens audiuit: stans illuminauit, quia non solum per humanitatem suam, vocib9 nostræ cæcitatis compatiendo misertus est: sed lumen nobis grẽ per diuinitatis potentiam infudit. Et notandũ quid cęco venienti dicat. Quid tibi vis faciam? Nũquid qui lumen reddere poterat, quid vellet cæc9 ignorabat? Sed peti vult hoc, qđ nos & petere, & se concedere prænoscit. Importune nãque ad oronem nos ammonet: & tamen dicit. Scit nãque pater vester, quid opus sit vobis antequã petatis eum. Ad hoc ergo requirit, vt petatur: ad hoc requirit, vt cor ad oronem excitet. Vnde & cæcus protinus adiunxit. Dñe, vt videam. Ecce cęcus a dño non aurũ, sed lucem qrit: paruipendit extra lucẽ aliquid qrere: quia & si habere cæcus qdlibet potest, sine luce videre non potest, qđ habet. Imitemur ergo fratres charissimi eũ, quẽ & corpore audiuim9: & mẽte illuminatũ. Non falsas diuitias: nõ terrena dona: nõ fugitiuos honores a dño: sed lucem qramus: nõ lucem q loco clauditᷣ: quæ tpe

Marginalia: Textus (at "Ipse vero multo magis clamabat"). — Tpalib9 desideriis spiritualib9 implecitur. — hũanitatis xpi ẽ trãsire: sʒ stare diuinitat9. — Textus. Matt. vj. a. (at "Quid tibi vis faciam"). — Textus. (at "Dñe, vt videam"). — Lucẽ & nõ terrena qramus a dño.

finitur: q̃ noctium interruptione variatur: q̃ a nobis communiter cum peco ribus cernit, sed lucem q̃ramus: quã videre cũ solis angelis possimus, quam nec initiũ inchoat: nec finis angustat. Ad quam pfecto lucẽ via fides est. Vnde recte & illuminãdo cęco, ptinus respõdet. Respice. Fides tua saluum te fecit. Sed ad hoc cogitatio carnalis dicit. Q uõ possum lucẽ spũalem q̃rere, quã videre nõ possum? Vnde mihi certũ est: si sit, q̃ corporeis oclis nõ in fulget? Cui scilicet cogitatiõi est, q̃ breuiter quisq; respõdeat dicẽs. Q uia & hæc ipsa q̃ sentit, nõ per corpus, sed p animã cogitat, & nemo suam animã videt: nec tñ se dubitat animã hr̃e quã nõ videt. Ex inuisibili ergo anima: visibile corpus regit. Si autem auferat, qđ est inuisibile, ptinus corruit hoc, qđ visibile stare videbat. Ex inuisibili ergo substãtia in hac vita visibili viuit: & esse vita inuisibilis dubitat. Sed iam petenti cæco quid factũ sit, vel qd ipse fecerit: audiam9. Sequit. Cõfestim vidit: & seq̃bat eũ. Videt, & sequit, qui bonũ (qđ intelligit) opat. Videt aũt & nõ sequit, qui bonũ quidẽ intelligit: sed bene operari cõtemnit. Si ergo fratres charissimi cæcitatẽ nr̃ę pegrinationis agnoscimus, si credẽdo in redẽptoris nr̃i mysteriũ iuxta viã sedemus: si exorãdo cotidie ab autore nr̃o vitæ lucẽ petimus, si eandẽ lucẽ iam p intellectum vidẽdo illuminati post cæcitatẽ sum9, Iesum (quẽ mente cernimus) opere seq̃mur. Aspiciamus q̃ gradit: & eius vestigia imitãdo teneamus. Iesum eñ sequit, qui imitat. Huic nãq; dicit, Seq̃re me: & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Seq̃re eñ dr̃. idest imitare. Hinc rursus ammonet, dicens. Q ui mihi ministrat, me sequat. Consideremus ergo q̃ gradit: vt sequi mereamur. Ecce cũ sit dñs & creator angelorũ, suscepturus naturam nr̃am, quam cõdidit, in vterum v̄ginis venit: nasci tñ in hoc mũdo per diuites noluit: parẽtes paupes elegit. Vnde & cũ agn9, qui pillo offeret, defuit, colũbarũ pullos & par turturũ ad sacrificiũ mr̃ inuenit. Prospari in hoc mundo noluit: opprobria irrisionesq; tolerauit: sputa, flagella, alapas, spineã coronã: crucemq; sustinuit. Et quia rerũ corpaliũ delectatione a gaudio interno cecidimus: cum q̃ amaritudine illuc redeat, ostendit. Q uid itaq; homo pro se pati debet: si tanta Deus pro hoĩbus pertulit? Q ui ergo in Christo iam credit: & adhuc auaritiæ lucra sectatur: in superbia honoris extollitur: inuidiæ facibus inardescit: libidinis se immundicia polluit: prospera, quæ in mundo sunt concupiscit: Iesum in quo credidit: sequi contemnit. Diuerso quippe itinere ambulat, si gaudia delectationesq; appetit: cui dux suus viã amaritudinis ostendit. Reuocemus ergo ante oculos peccata, quæ fecimus: consideremus q̃ terribilis iudex hæc puniturus adueniat. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in pœnitentia: ne ęternã amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad gaudia ducimur: veritate pollicente: quæ ait. Beati qui lugent, nam & ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia venitur, hæc eadem veritate attestante, quæ ait.

Textus. Textus. Mat. viij. c Joan. xij. d Xp̃s p hoĩbus multa tollerauit. Xp̃z suo itinere ãbulãtes inuenimus. Matt. v. a.

Luce.vi.d. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Si ergo retributiõis gaudium in peruentione q̃rimus: pœnitentiæ amaritudinem in via teneamus. Sicq; fit, vt non solum vita nostra in deũ proficiat: sed ipsa hæc nr̃a conuersatio ad laudẽ dei: & alios accendat. Vnde & hic subditur. Textus. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo. Tu autem dñe miserere nostri.

Segmentum ex Euangelio Matthæi. cap. iiij. lr̃a. A. quod canitur dñica prima in quadragesima.

TVnc Iesus ductus est in desertum a spũ: vt tentaretur a diabolo: & cum ieiunasset q̃draginta diebus, & q̃draginta noctibus, postea esurit. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit, Scriptũ est. Deu. viij. a Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qđ procedit ex ore dei. Tunc assumpsit eũ diabolus in sctãm ciuitatem: & statuit eũ supra pinnaculũ templi: & dixit ei. Ps. xc. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est em̃. quia angelis suis mãdauit de te, & in manibus tollẽt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ait illi Iesus rursum. Deu. vi. c. Scriptum est. Nõ tentabis dñm deum tuũ. Iterũ assumpsit eũ diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mũdi & gl'iam eorũ, & dixit ei. Deu. vi. b. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tũc dicit ei Iesus. Vade sathana. Scriptũ est em̃, Dñm deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserũt, & ministrabant ei. Et reliqua.

Homilia bt̃i Gregorij papę de eadẽ lcõne. Habita ad pplm̃ in basilica sancti Ioannis: quæ dr̃ Constantiniana, dominica. i. in quadragesima.

DVbitari a quibusdã solet: a quo spũ sit Iesus ductus in desertũ: ꝓpter hoc qđ subdit. Et assumpsit eũ diabolus in sctãm ciuitatem. & rursus: assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed vere & absq; vlla quęstione cõuenienter accipit: vt a sctõ spũ in desertũ ductus credat, vt illic eũ spũs suus duceret, vbi hũc ad tentandum malignus spũs inueniret. Ies⁹ a spũ scto duct⁹ ẽ in desertũ. Sed ecce cũ dr̃ deus homo, vel in excelsum mõtem vel in sctãm ciuitatem a diabolo assumptus, mens refugit humana: hoc audire aures expauescũt. Cui tñ non esse in credibilia ista cognoscimus: si in illo & alia facta pẽsamus. Certe iniquorũ oĩm diabol⁹ caput est: & huius capitis membra sunt oẽs iniqui. An non mẽbrum diaboli

fuit Pilatus? An non membra diaboli Iudæi persequntes & milites crucifigẽtes fuerũt? Quid ergo mirũ:si se ab illo pmisit in montẽ duci:q se pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignũ redemptori nr̃o q̄ tentari voluit:qui venerat occidi. Iustũ quippe erat:vt sic tentatiões nr̃as suis tentatiõibus vinceret:sicut mortem nr̃am venerat sua morte superare. Sed sciendũ nobis est:qa tribus modis tentatio agit,suggestione,delectatiõe,consensu. Et nos cũ tentamur plærũq; in delectatione,aut etiam in consensu labimur:quia ex carnis pctõ ppagati in nobis ipsis etiam gerimus,vnde certamina toleramus. Deus vero (qui in vtero v̄ginis incarnatus,in mũdum sine pctõ venerat) nil contradictionis in semetipso tollerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit:sed eius mẽtem peccati delectatio non momordit:atq; ideo omnis illa diabolica tentatio foris,non intus fuit. Sed si ip̃m ordinem tentationis eius aspicimus:pensemus q̃nta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus hostis cõtra primũ hoiem parẽtem nr̃m in tribus se tentationibus erexit:qa hũc videlicet gula/vana glia/& auaricia tentauit:sed tẽtando superauit,quia sibi eũ per cõsensum subdidit. Ex gula quippe tẽtauit: cum cibũ ligni vetitũ ostendit:atq; ad comedendũ suasit. Ex vana autẽ glia tẽtauit/cũ diceret. Eritis sicut dij. Et ex puectu auariciæ tentauit/cum diceret. Scientes bonũ & malum. Auaricia em̃ non solũ pecuniæ est:sed etiam altitudinis. Recte em̃ auaricia dr̃:cum supra modum sublimitas ambit. Si em̃ nõ ad auariciã honoris rapina pertineret:nequaq; Paulus de vnigenito dei filio diceret. Non rapinã arbitrat⁹ est,esse se æq̃lem deo. In hoc ergo diabolus parentẽ nr̃m ad supbiam traxit/quo eũ ad auariciam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primũ hoiem strauit:eisdem modis scdo homini tentato succubuit. Per gulam qppe tentat,cũ dicit. Dic, vt lapides isti panes fiant. Per vanam gliam tentat,cũ dicit. Si filius dei es:mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiam tentat,cũ regna omnia mũdi ostendit dicens. Hæc oĩa tibi dabo,si pcidens adoraueris me. Sed eisdem modis a scdo homine vincit:qbus primũ hoiem se vicisse gliabat:vt a nr̃is cordibus ipso aditu captus exeat:q̃ nos aditu intromissus tenebat. Sed est alid' fratres charissimi,qd' in hac tentatione dñica cõsiderare debeamus:qa tẽtatus a diabolo dñs/sacri eloquij præcepta respõdit:& qui eo v̄bo,qd' erat,tentatorẽ suũ mergere in abyssum poterat,v̄tutem suæ potentiæ nõ ostẽdit,sola diuinæ scripturæ p̄cepta edidit, q̃tenus nobis suæ patiẽtiæ p̄beret exemplũ:vt q̃ties à prauis hoib⁹ aliqd patimur:ad doctrinã potius excitemur,q̃ ad vindictam. Pẽsate,q̃nta est patientia dei,q̃nta impatientia nr̃a. Nos si iniurijs aut aliq̃ læsione puocamur furore pmoti:aut quantũ possumus,nosmetipsos vlciscimur:aut qd' nõ possumus facere,minamur. Ecce aduersitatẽ diaboli dñs ptulit,& nihil ei nisi mansuetudinis v̄ba rñdit. Portat:quẽ punire poterat:vt hoc in laudẽ eius altius cresceret,si hostẽ suũ non extinguẽdo,sed interim patiẽdo superaret. Notãdũ

Pilat⁹ fuit mẽbrũ diaboli.

Tentatio tripliciter agitur.

Adã triplici tẽtatiõe tẽtat⁹ fuit.

Gene.iij.a.

Ad philip.ij.a.

Homies' vt plurimũ sunt ip̃atiẽtes.

vero, qd' subditur: quia recedente diabolo angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud, q̄ vnius psonę vtraq; natura ostendit: quia & homo est, quē diabolus tentat, & idē ipse de9 est cui āgeli ministrāt. Cognoscamus ergo in eo naturā nr̄am: quia nisi hūc diabolus hoiem cerneret: nō tētaret. Veneremur in illo diuinitatē suā: quia nisi sup oia deus existeret, ei nullo mō angeli ministrarēt. Sed quia diebus his q̄dragesimę lectio cōgruit, nam q̄draginta dierū abstinentiā nr̄i redēptoris audiuimus, qui q̄dragesimę tp̄s inchoamus: discutiendū nobis est: cur hęc ipsa abstinētia p q̄draginta dierū numerū custodit. Moyses eñ, vt legē acciperet scđo, q̄draginta diebus ieiunauit. Helias in deserto q̄draginta diebus abstinuit. Ipse autor hoim ad hoies veniēs: in q̄draginta diebus nullū omnino cibū sumpsit. Nos q̄q; in q̄ntum possumus, annuo q̄dragesimę tp̄e carnē nr̄am p abstinentiam affligere conemur. Cur ergo in abstinētia q̄dragenarius nūerus custodit: nisi qa ℣tus decalogi p libros q̄tuor scti euāgelij impletur? Denarius eñ nūerus q̄ter ductus, in q̄dragenariū surgit: quia tūc decalogi mādata pficimus, cū pfecto q̄ttuor libros sancti euāgelij custodim9. Ex q̄ re sentiri & alid' potest. In hoc eñ mortali corpe ex q̄ttuor elemētis subsistimus: & p voluptates eiusdē corpis p̄ceptis dñicis contra imus. Præcepta aūt dñica p decalogū sunt accepta. Qui ergo p carnis desideria decalogi mādata cōtēpsimus: dignū est, vt eādē carnem q̄terdecies affligamus. Quāuis de hoc q̄dragesimali tp̄e, est adhuc alid', qd' possit intelligi. A p̄senti etem̄ die vsq; ad paschalis solēnitatis gaudia: sex hebdomadæ veniūt: q̄rum videlicet dies q̄draginta & duo fiūt. Ex qbus dū sex dies dñici abstinētię subtrahūt: nō plus in abstinētia, q̄ triginta & sex dies remanēt. Dū vero p trecētos & sexaginta qnq; dies ānus ducit, nos aūt p triginta & sex dies affligimur, q̄si agni nr̄i decimas deo damus: vt q nobismetipsis p acceptū annū viximus: autori nr̄o nos in eius decimis p abstinentiā mortificemur. Vnde fratres charissimi, sicut offerre in lege iubemini decimas rerū: ita ei cōtendite offerre & decimas dierū. Vnusquisq; (in quātum ℣tus suppetit) carnē maceret. eiusq; desideria affligat, cōcupiscentias turpes interficiat: vt iuxta Pauli vocē hostia viua fiat. Hostia quippe & immolat & viua est, qn̄ & ab hac vita homo nō deficit, & tn̄ se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos læta traxit ad culpā, afflicta reducat ad veniam. Autor etem̄ mortis nr̄æ p fructū ligni vetiti, vitę p̄cepta trāgressus est. Qui ergo a paradisi gaudijs p cibū cecidimus, ad hęc (in quantū possimus) p abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandē abstinentiā solam credat posse sufficere: cum per pphetam dñs dicat. Nōne hoc est maius ieiunium, qd' elegi: subijciēs: Frāge esurienti panē tuū: & egenos vagosq; induc in domū tuam. Cum videris nudum operi eum: & carnem tuam ne despexeris: Illd' ergo ieiunium Deus approbat: qd' ad eius oclos manus eleemosinarū leuat: qd' cum pximi dilectione agitur, qd' ex pietate condit. Hoc ergo (qd' tibi subtrahis) alteri largi

Marginalia: Quadragesima q̄re ē in abstinentia q̄dragīta dierum. — Exo. xxxiiij. d. — iij. re. xix. b — Leui. xxvij. d. — Decimas rer₃ & dier₃ debem9 offerre. — Esa. lviij. d.

re/& vnde tua caro affligitur, inde egentis ꝓximi caro reparetur. Hinc etem̃ per ꝓphetam dñs dicit. Cum ieiunaretis & plãgeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cũ comedistis & bibistis: nunquid nõ vobis comedistis/& vobismetipsis bibistis? Sibi em̃ comedit & bibit, qui alimẽta corpis, q̃ sunt cõmunia dona cõditoris, sine indigentib⁹ pcipit. Et sibi qsq; ieiunat, si ea quæ sibi ad temp⁹ subtrahit/non paupibus tribuit: sed vẽtri postmodũ offerẽda custodit. Hinc p Ioelem dr̃. Sãctificate ieiunium, Ieiuniũ qppe sanctificare est, adiunctis bonis alijs dignã deo abstinentiã carnis ostendere. Cesset ira, sopiãtur iurgia. Incassum em̃ caro atterit: si a prauis suis voluptatibus animus nõ refrenatur: cũ p ꝓphetam dñs dicat. Ecce in die ieiunij vr̃i inuenit voluptas vr̃a: & oẽs debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis: & percutis pugno impie. Neq; em̃ qui a debitore suo hoc, qđ dedit, repetit/aliquid iniustum facit, sed dignum est vt quisquis se in pœnitentia maceret: etiam hoc (quod sibi iuste competit) interdicat. Sic & nobis afflictis, & pœnitentibus, a deo dimittitur, quod iniuste egimus, si pro amore illius: & hoc (qđ nobis iuste competit) relaxamus.

zacha.vij.

Ioe.j.c.

Esa.lviij.a

¶ Segmentũ ex euangelio Matthæi. cap. xv. lr̃a. B. qđ canitur dñica. ij. in quadragesima.

IN illo tpe, Egressus inde iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamauit, dicens. Miserere mei dñe fili Dauid: filia mea male a dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius/rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse aũt respõdẽs: ait. Nõ sum missus nisi ad oues, q̃ perierũt domus isrl̃. At illa venit, & adorauit eũ, dicẽs. Dñe/adiuua me. Qui respõdẽs, ait. Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ: & mittere canib⁹. At illa dixit. Etiã dñe: nam & catelli edunt de micis, q̃ cadunt de mensa dñorum suorum. Tũc respondẽs iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua/fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia ei⁹ ex illa hora. Et reliqua.

¶ Homilia venerabilis Bedæ presbyteri,

AVdiuit vestra dilectio in p̃senti sancti euangelij lectione, de dñi nostri mirabilibus enunciantem atq; canentem euangelistam. Et egressus inde iesus: secessit in partes Tyri & Sidonis. Omnis em̃ lex diuinitus inspirata semp vtilis est ad docendũ, ad audiendũ, ad intelligendũ. Ergo si omnis lex diuinitus inspirata: a qua prophetæ & apostoli fuerunt per spm̃ sanctum

Lex diuinitꝰ inspirata ad q̃d vtilis est.

locuti in omnibus animæ nostræ vtilis est: quanto magis ꝙ ipse dñs noster per seipsum nobis ostendit? Ergo egressus inde Iesus, abijt in partes Tyri & Sidonis (idest) reliquit iudæos, & venit ad gentes. Quos reliquit: remanserũt in perditione. ad quos venit: de perditione salui facti sunt. Egressa mulier clamauit dicens. Miserere mei domine fili Dauid. O magnum mysterium: dominus egressus est a Iudæis: & mulier egressa est a finibus suis. Ille reliqt Iudæos, & illa mulier reliquit idolatriam & conuersationem pessimam. quod illi perdiderunt: ista inuenit: quem illi in lege negauerant: ista per fidem confessa est. Mulier hæc mater est gentium, quæ ex fide Christum cognouit. Pro filia itaq; sua: idest populo gentium dominum deprecatur, quia errando per idolatrias & peccata diuersa, male a dæmonio vexabatur. Ergo hæc mulier pro filia: idest pro ecclesia gentium rogat. Qui non respondit ei verbum. Non quia nolebat dominus curare eam: sed vt maiorem fidem & humilitatem eius ostenderet. Nam & discipuli commoti misericordia: rogauerunt dominum dicentes. Dimitte eam: quia clamat post nos. Quibus respondit. Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Hinc iam ad cumulum Iudæorum: vt nulla sit eis in die iudicij excusatio: dicentibus, quia plus ad gentes, ꝙ̃ ad nos voluit venire. Ecce Iudæis negantib⁹: mulier gentilis rogat sanitatem filiæ suæ. Sed Dominus excusat: & iterum procidit: & adorat: dicens. Domine, adiuua me. Cui iterum Dominus ait. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Quid ad hæc dicturi sunt iudæi? Ecce illos filios dixit: & gentes canes appellauit. Et iterum mulier consentiens saluatori, ait. Etiam domine. Hoc est, scio domine, quia populus gentium canes sunt idolis seruiendo: & contra deum latrando. Sed & catelli edunt de micis: quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Idest, venisti ad Iudæos: & teipsum eis exhibuisti: & non te recipere voluerunt. Certe vel quod illi repulerunt: hoc nobis petentibus dona. Cuius dominus noster importunam fidẽ cognoscens: ait. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Accepit fides: ꝙ opa nõ merent. Gẽtes p fidem de canib⁹ sunt fili effecti: dicente dño per ꝓphetam. Vocabo nõ plebem meam: plebẽ meam. & nõ dilectam meam: dilectã meam. Erit eñ in loco, vbi vocabunť filij dei viui. Econtrario nõ recipiẽtes Iudæi, de filijs canes odibiles effecti sunt. Sicut ipse dñs in passione sua loquiť per ꝓphetã dicens. Circundederũt me canes multi: tauri pingues obsederũt me. Vnde dilectissimi nobis cognouim⁹: de quo ad qd puenimus: non aliď sapiam⁹: sed semꝑ & sine cessatione dñm timeamus. Nam si peccauerimus, quia naturalib⁹ ramis nõ pepcit: ne forte nec nobis parcat. Dicente dño. Ecce sanus effectus es: iam noli peccare: ne qd deterius tibi aliqd cõtingat. Quia oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt recipiat vnusqsq; scdm, qď gessit: siue bona: siue etiam mala.

Mlier chananea mr̃ est gentiũ.

Gẽtes p fidẽ de canib⁹ sũt effecti filij.
Ad ro. vj. c

ps. xx j

Joã. v. c.
ij. cor. v. b.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ. Capite.xj. littera. B. Quod canitur dominica tertia in quadragesima.

ET erat Iesus eijciens dæmonium: & illud erat mutū. Et cum eiecisset demoniū, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes: signum de cælo q̄rebant ab eo. Ipse autem (vt vidit cogitatiões eorum) dixit eis. Omne regnum in seipm̄ diuisum, desolabit: & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipm̄ diuisus est, quomodo stabit regnum ei⁹: quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autē ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filii vr̄i in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vr̄i erunt, Porro si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei. Et reliqua.

Illud erat mutū et locut⁹ ē mutus: grecē ē illiteratsurdū & locut⁹ ē surd⁹. Itē oē reg. &c. grecē ē dsolat & cadit de pn̄ti & et nō de futuro v. olabit Si aūt & sathanas i seipz diuis⁹ ē. dicit valla in seipo diuisus est vl' sup seipm̄.

¶ Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

DAemoniacus iste apd' Matthæum: non solum mutus, sed & cæcus fuisse narratur, curatusq; dr̄ a dño: ita vt loqueret, & videret. Tria generalia signa simul in vno homine perpetrata sunt, cæcus videt, mutus loq̄tur: possessus a dæmone liberatur. Q̄d' & tunc quidē carnaliter factum est, sed & cotidie completur in conuersione credentium, vt expulso primū dæmone, fidei lumen aspiciat: deinde ad laudes dei tacentia prius ora laxentur. Quidā autem ex eis dicebāt. In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Non hoc aliqui de turba, sed Pharisæi calumniabant & scribæ, sicut alij euangelistæ testant. Turbis quippe (q̄ minus eruditæ videbant) dñi semper facta mirantibus, illi contra vel negare hæc, vel q̄ negare neqiuerāt, sinistra interpretatione peruertere laborabant, quasi hæc non diuinitatis, sed immundi spūs opera fuissent. idest Beelzebub, qui deus erat acheron. Nam Beel quidem ipse est Baal: zebub autē musca vocatur. Nec iuxta quędā mendosa exemplaria. l. lr̄a, vel. d. in fine dictionis legenda est, sed. b. Beelzebub ergo Baal muscarum. idest Deus muscarum, siue habens muscas interpretat, ob sordes, videlicet immolaticij cruoris, ex cuius spurcissimo ritu, vl' nominē principē dæmoniorum cognominabant. Et alij tentantes, signū de cælo quærebant de eo. Vel in morē Eliæ ignē de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinē Samuelis tēpore æstiuo mugire tonitrua, corruscare fulgura imbres ruere: quasi nō possent & illa calumniari & dicere, ex occultis & varijs aëris passionibus accidisse. At tu qui calumniaris ea, quæ oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis: quid facies de his quæ de cælo venerint? Vtiq; respō

Beelzebub muscar̄ d'.

debis, & magos in aegypto signa multa fecisse de caelo. Ipse autem (vt vidit cogitatiões eorum) dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabit: & domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitata respōdit: vt vel sic cōpellerent credere potentiā eius: qui cordis videbat occulta. Si autem omne regnum in seipsum diuisum desolat: ergo pris & filij & spūsscti regnum nō est diuisum: qd sine vlla cōtradictione non aliq vnq poterit labefactari impulsu. Si vero scae & indiuiduae Trinitatis indiuiduum (immo quia indiuiduum) manet regnū: desistāt Arriani minorē pre filium, minorem filio spm sctm dicere, quia quorum vnum est regnū: horum est & vna maiestas. Si autē & Sathanas in seipsum diuisus est: quō stabit regnum ipsius: quia dicitis in Beelzebub me ejicere daemonia? Haec dicēs ex ipsorum cōfessiōe volebat intelligi: q in eū nō credēdo, in regno diaboli esse delegissent, qd vtiq aduersum se diuisum stare nō posset. Eligāt ergo Pharisei, qd voluerint. Si Sathanas Sathanā nō pōt ejicere: nihil cōtra dnm qd dicerēt inuenire potuerūt. Si autem potest: multo magis sibi pspiciāt & recedāt de regno eius, qd aduersū se diuisum stare nō pōt. In q autē dns nr Iesus Chrs ejciat demones: ne daemoniorum principē existimēt, attēdāt, quod sequit. Si autē ego in Beelzebub ejicio demonia, filij vri in q ejiciunt? Ideo ipi iudices vri erunt. Dixit vtiq hoc de discipulis suis illius ppli filijs: qui recte dni discipuli Iesu Chri, bene sibi cōscij erāt, nihil se malarū artium a bono magistro didicisse: vt in principe demoniorum ejicerēt demones: ideo, inquit, ipsius iudices vri erunt. Ipi, inquit, ipi ignobilia & contēptibilia huius mundi: in quibus nō artificiosa malignitas: sed sctā simplicitas meę vtutis apparet: ipi testes mei, iudices erūt vri. Aliter. Filios etiā Iudęorum exorzistas gētis illius ex more significat: qui ad inuocatiōem dei ejiciebāt demones. Ecce coarctat eos interrogatiōe prudēti: vt cōfiteant spūsscti esse opus. Qd si expulsio (inquit) demonū in filijs vris deo, nō demonibus deputat, qre idē in me opus non eandē habeat causam? Ergo ipi iudices vri erunt nō potestate, sed cōparatiōe: dum illi expulsiōem demonum deo assignāt: vos Beelzebub principi demoniorum. Porro si in digito dei ejicio demonia, pfecto puenit in vos regnum dei. Iste est digitus, quē & cōfitent magi qui, cōtra Moysen & Aarō signa faciebāt, dicētes, digitus dei est iste, q & tabulae lapideae scriptę sunt in mōte Sinai. Igit manus & brachium dei filius est, & digitus eius spūsctus. Pris & filij & spūsancti vna substātia est. Nō te scādalizet mēbrorum inęqlitas: cum aedificet corpis vnitatē. Aliter. Digitus dei vocat spūssctus: ppter partitionem donorum, q in codant vnicuiq ppria, siue hoim, siue āgelorum. In nullis eīm mēbris nris magis apparet partitio q in digitis. Qd autē dixit: puenit in vos regnum dei: regnum dei nunc (q damnant impij) & a fidelibus de pctis suis poenitētiam nunc agētibus secernunt. Cū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, q possidet. Fortē diabolū, atrium vo illius mundi, qui in maligno

Arrianorū prauitas.

Exo. viij. e

In nullis mēbris magis apparet partitio: q in digitis.

positus est: appellat: in quo vsq; ad saluatoris aduentum male parto potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine vlla cõtradictiõe quiescebat. Vñ & alibi princeps mundi vocat̃, dicente dño. Venit em̃ princeps mũdi huius: et in me nihil inuenit. Et iterum. Nunc princeps huius mundi eijciet̃ foras. De q̃ hic eiectione subiungit̃. Si autẽ fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet: in quibus cõfidebat: & spolia eius distribuet. De seipõ quippe loquit̃, q̃ nõ cõcorde fallax operatiõe: quẽadmodum calumniabant̃, sed fortiori potẽtia victor hoĩes a dæmonio liberaret. Arma (in quibus male fortis ille cõfidebat) astutiæ doliq; sunt nequitiæ spũalis. Spolia ꝟo eius, ipsi hoĩes sunt ab eo decepti: q̃ victor chr̃s distribuit: qđ est insigne triumphantis. Qui captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩbus. Quosdam quidem Apl̃os, alios Euãgelistas, hos Prophetas, illos Pastores ordinãs & Doctores. Qui nõ est mecum aduersum me est: & qui nõ colligit mecũ, dispergit. Nõ putet quisq; hęreticis hoc dictum & schismaticis: q̃q; & ita ex supfluo possit intelligi: sed ex seq̃ntibus textuq; sermõis ad diabolum refert̃: & q̃ non pñt opera Saluatoris, Beelzebub operibus cõparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas: dñs liberare. Ille p̃dicat Idola: hic vnius Dei noticiã. Ille trahit ad vitia: hic ad ꝟtutem reuocat. Quõ ergo possunt hr̃e concordiã inter se: quorum opera diuisa sunt? Cum immundus spũs exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa. Quãuis simpliciter intelligi possit dñm hęc ad distinctionem suorum & Sathanæ operum adiunxisse: q̃ scilicet ip̃e semper polluta mundare: Sathanas vero mundata grauioribus festinet attaminare sordibus: tñ de hęretico quolibet vl̃ schismatico: vel etiã malo catholico potest nõ incõueniẽter accipi. De quo tempore baptismatis spũs immundus (qui in eo prius habitauerat) ad cõfessionem catholicæ fidei abrenunciationemq; mundanæ cõuersationis eijciat̃: locaq; inaquosa peragret. idest, corda fidelium q̃ a mollicie fluxæ cogitatiõis expurgata sint, callidus tentator exploret, si quos ibi forte suæ nequiciæ gressus figere possit. Sed bene dr̃: q̃rens requiem & nõ inueniens: quia castas mentes effugiens, in solo diabolus corde prauorũ gratam sibi potest inuenire quietẽ. Vnde & de illo dñs. Sub vmbra (inquit) dormit in secreto calami, in locis humentibus. In vmbra, videlicet tenebrosas cõscientias: in calamo, qui foris nitidus, intus est vacuus, simulatrices: in locis humentibus, lasciuas mollesq; mẽtes insinuãs. Tunc dicit reuertar in domum meã vnde exiui. Timẽdus est iste ꝟsiculus, nõ exponendus: ne culpa, (quã in nobis extinctam credebamus) per incuriam nos vacantes opprimat. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam (hoc est) gr̃a baptismatis a peccatorum labe castigatã: sed nulla boni operis industria cumulatã. Vnde bene Matthæus hanc domum vacantem, scopis mundatam, atq; ornatam dicit inuentam: mundatã, videlicet a vitijs pristinis per baptismũ, vacantẽ a bonis actibus p̱ negligentiã: ornatã simulatis ꝟtutibus, per hypocrisim.

Joã.xiiij.d. Joã.xij.c. Opa saluatoris beelzebub diuersa. Job.xl.c. Textus. Textus. Ma.xij.d.

Textus. Septē spiritus vniuersa vitia designant.

Textus. Melius ē nō agnoscere viā veritatis q̃ agnitam relinq̄re.

Mat. xxiij.

Esaie. xi. a.

Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitāt ibi. Per septem alios spūs vniuersa vita designat. Quęcunq; em̄ post baptismū, siue prauitas hæretica, seu humana cupiditas arripuerit, mox omniū psternet in ima vitiorum. Vnde recte nequiores tunc eum spūs dñi ingressi, quia nō solum habebit illa septē vitia: q̄ septem spūalibus sunt cōtraria virtutibus: sed p hypocrisim, ipsas se virtutes hr̄e simulabit. Et sunt nouissima hois illius peiora prioribus. Melius est em̄ viam veritatis non agnoscere: q̄ post agnitionē retrorsum cōuerti. Qd' in iuda traditore, vel in simone mago: cæterisq; talibus specialiter legim⁹ impletum. Quo autē hæc parabola generaliter tendat: ipe scd̄m Matthæum saluator exposuit: vbi ea terminata mox subdidit, dicens. Sic erit & gñationi huic pessimæ, idest, qd' de vno quolibet specialiter geri solere narraui, hoc in tota gñaliter huius populi gēte geri nō desinit. Immundus quippe spūs exiuit a iudæis: quando acceperunt legem: & ambulauit p loca arida, quærens sibi requiem expulsus, videlicet a iudæis ambulauit p gentium solitudines. Quæ cū postea dño credidissent, ille non inuento loco in nationibus dixit. Reuertar in domum meam pristinam, vnde exiui: habeo iudæos, q̄s ante dimiseram. Et veniens (inquit) inuenit vacantē & scopis mundatā. Vacabat em̄ templū iudęorū: & Chr̄um hospitē non habebat: dicentem. Dimittet vobis domus vr̄a deserta. Quia igit dei & angelorum præsidia nō habebāt: & onerati erāt supfluis obseruationibus Pharisęorum: reuertit ad eos diabolus: & septenario sibi numero dęmonum addito: habitat pristinā domum: & fiunt posteriora hois illius peiora prioribus. Multi em̄ nunc maiore dæmonum numero possident blasphemantes in synagogis suis Chr̄m Iesum: q̄ in ægypto possessi fuerāt ante legis noticiam. Quia alid' est venturum nō credere: alid' eum non suscepisse cum venerit. Septenariū autē numerum adiunctū diabolo: vel ,ppter sabbatum intellige, vel ,ppter numerum spūsancti. Vt quomodo in Esaia p virgam de radice iesse, & florem qui de radice ascendit: septem spiritus virtutū descendisse narrantur: ita & econtrario vitiorum numerus in Diabolo consecratus sit.

Accepit Jesus pāes, & cū gr̄as egisset distribuit discūbētib⁹ dicit Lauren. q̄ tā apū Joānē q̄ apud cęteros euangelistas sic

ℭ Segmentum ex euangelio Ioannis. cap̄. vi. lr̄a. A. Quod canitur in dñica quarta quadragesimæ.

IN illo tempore, Abijt iesus trans mare Galilęę qd' est tyberiadis. Et seq̄batur eum multitudo magna: quia videbant signa, q̄ faciebat sup ijs, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autē ,pximū pascha dies festus iudęorum. Cum subleuasset ergo oculos iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad

ad eum/dicit ad Philippum. Vnde ememus panes/vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentãs eum. Ipse eñ sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorũ denariorũ panes nõ sufficiunt eis/vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipłis ei⁹ Andreas frater Simõis Petri. Est puer vn⁹ hic; q habet quinq; panes ordeaceos/& duos pisces: sed hęc quid sunt inter tãtos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat aũt fœnum mltum in loco. Discubuerunt ergo viri numero q̃si quinq; milia. Accepit ergo Iesus panes: & cum grãs egisset/distribuit discũbentibus. Silr & ex piscibus q̃ntum volebãt. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite q̃ superauerunt fragmenta: ne pereant. Collegerũt ergo & impleuerunt duodecim Cophinos fragmentorum, ex quinq; panibus ordeaceis & duobus piscibus: q̃ superauerunt ijs qui mãducauerant. Illi ergo homines cũ vidissent, q̃ Iesus fecerat signum/dicebant: quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundum. Et reliqua.

historia narratur grecę. Accepit ãt pães Ihs & vbi grãs egit distribuit discipulis: & discipuli discũbentibus.

Cophinos frag. accẽtũ hz in tertia a fine.

¶ Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

Qui signa & miracła Dñi ac Saluatoris recte cũ legũt, vł audiunt, accipiunt: non tam in his quid foris stupeant attẽdunt: q̃ quid horũ exẽplo ipsi intus agere: quid in his mysticum perpẽdere debeant, inspiciunt. Ecce eñ appropinq̃nte pascha die festo iudæorum, seq̃ntem se mltitudinẽ dñs ṽbo salutis: pariter & ope curatiõis erigebat. Nam (sicut alius euãgelista scribit) loq̃bał illis de regno dei, & eos q curari indigebãt, sanabat: eadẽq; doctrina & sanatiõe cõpleta, paucis de cibarijs abũdãtissime refecit. Et nos ergo frẽs charissimi: huius rei exemplo imitatores facti, appropinq̃nte pascha die festo nr̃æ redemptiõis, adiuncta fratrum caterua dñm toto corde seq̃mur: q̃ actionum itinere ingressus sit, diligẽtissime contẽplemur: vt vestigia ei⁹ sequi mereamur. Qui eñ dicit se in Chr̃o manere: debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Quicq̃d in nobis imperitiæ nocẽtis inesse dep̃henderim⁹, crebra ṽbi illius auditiõe tergamus. Quicquid vitę tentãtis morbi, videlicet spũalis nos interius vastare senserimus: solito pietatis illius munere postulem⁹ emũdari. Sed si ei vnitos nos cœlestis vitæ dulcedine cõspexerimus: ei⁹ grãm flagitem⁹: vt necessarię nos cõpunctiõis & cęterarum ṽtutum spũalium donis satiare digneł: q̃tenus tp̃e sacrosctæ resurrectiõis illius, interius exteriusq; decẽter ornati: sacramẽta nr̃æ salutis puro corp̃e simł & corde sumamus. Verum q̃a breuiter ista p̃libaum⁹: libet diligentius totã sacrę seriẽ lectõnis intueri: & quicquid in ea mysticũ indagare valemus: vr̃æ pãdere charitati. Abijt Iesus trans mare Galilęæ, qđ est Tyberiadis. Primo

Qui in deo mãet debet sicut ip̃e ãbulare.

Mare galilęæ mltis di sanguił vocatur.

dicendum est iuxta historiam: quia mare Galileæ, qd' multis pro diuersitate circūiacentium regionum vocabulis distinguit', illis tm̄ in locis Tyberiadis vocat', vbi apd' Tyberiadē ciuitatē aquis (vt aiūt) calidis salubrem habitatio nem p̄monstrat. Si quidem interfluente iordane duo de viginti passuū milli bus in lōgum: & quinq; extendit' in altum. Mystice aūt mare turbida ac tu mentia huius sc̄li volumina significat: in qbus praui qlibet iniuste delectati: q̄si ꝓfundis dediti piscib9, mētem ad supna gaudia nō intēdūt. Vnde bene idem mare Galilęę, idest Rota cognominat', quia nimirū amor labentis sæc̄li q̄si in vertiginem corda mittit: q̄ ad perennis vitæ desideria erigi nō ꝑmittit. De qbus psalmista. In circuitu (inqt) impĳ ambulāt. Sed abeūtem trās ma re Galilęę Iesum m̄ltitudo maxima seq̄bat', q̄ doctrinæ sanatiōis & refectio nis ab eo cælestis summa munera perciperet: qa priusq; dn̄s in carne appare ret: sola illum gens iudaica sequebat' credendo. Postq; vero per incarnatiōis suæ dispensatiōem fluctus vitæ corruptibilis adĳt, calcauit, transĳt: maxima mox eum m̄ltitudo credētium secuta est nationum, sp̄ūaliter instruit, sanari ac satiari desiderans: & cum psalmista dep̄cans. Dn̄e ad te confugi: doce me facere volūtatem tuam. Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sum, sana me dn̄e qm̄ conturbata sunt ossa mea. Et iterum de ꝑcipiendis ab eo vitæ perpetuæ alimētis cōfisa. Dn̄s (inquit) pascit me: & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. ꝙ autem subiēs in montē Iesus ibi sedebat cum discip̄lis suis, sed veniēte ad eum m̄ltitudine descēdit: atq; hāc in superiorib9 reficit: quā in inferiorib9 pauloāte curauerat: nequaq; frustra factum credam9: sed ad signi ficādum mysticæ, quia doctrinā & charismata sua iuxta ꝑcipiētium capaci tatem distribuit. Infirmis qdem adhuc mentib9 ac paruulis sp̄ū simpliciora credēs sacramēta: celsiorib9 autem qbusq; & ꝑfectioribus sensu secretiora suę maiestatis arcana referās: arctiora deuotæ cōuersatiōis itinera suggerens: & alteriora p̄miorum cælestium dona ꝓmittens. Deniq; cuidam sciscitanti: qd faciēs vitam ęternam possideret: q̄si inferius adhuc posito: cōmunia suæ do na largitatis impedit: dicēs, Non occides, nō mœchaberis, nō furtū facies, nō falsum testimonium dices: honora p̄rem tuum & m̄rem: Cui postmodum maiora q̄renti, & velut ad montem ꝟtutum ascēdere cupiēti. Si vis (inquit) ꝑfectus esse, vade, vēde omnia, q̄ habes, & da paupibus: & habebis thesaurū in cælo: & veni: seq̄re me. Cuius discretiōem moderaminis: nō solum per se dn̄s in carne docēs exhibuit: verum nūc q̄q; per ꝟbi sui ministros exhibere nō cessat. Vn̄ de eisdem sub vnius boni serui ꝑsona testat': qa dare debeāt cō seruis in tp̄e tritici mēsuram, idest, ꝓ captu audiētium oportune & mēsura te ꝟbi dapes suggerere. Qd' vero appropinq̄nte pascha dn̄s turbas docet, sanat, & refecit: possum9 ita mystice interp̄tari. quia pascha transitus dr̄. Et q̄scunq; dn̄s interna munerū suorū suauitate recupat, ad salubrem profecto trāsitum p̄parat: vt carnis videlicet cōcupiscētias, mētis sublimitatę transcen

Marginal notes:

Mare qd mystice significat. Mare gal. rota cognominat'. p̄s. xi

p̄s. clxvĳ. p̄s. vi. p̄s. xxĳ.

Doctrinā & charismata sua iuxta ꝑcipientiū capacitatē distribuit deus. Mat. xix.

dant:infirma mundi desyderia,ꝓspa pariter & aduersa:cælesti spe & amore cõculcent:& si necdũ anima vł carne ad supna valeãt ptingere: qa hoc nimirum in futuro ꝓmittit:quicquid tñ carnale, q̃si altum complecti conspiciunt:comparatiõe æternorum q̃si nihilum despiciãt:iuxta exemplũ illius,q vidẽs impium sup exaltatum & eleuatum super cedros libani: transijt tpalia contemplando:& q̃si non esse videbat,quem cito tollẽdum ꝓuidebat. ꝙ subleuasse oc'os Iesu,& veniẽtem ad se mltitudinem vidisse perhibet:diuinæ pietatis indicium est:qa videlicet cunctis ad se venire cupientibus:grã misericordiæ cælestis occurrere consueuit. Et ne q̃rendo errare possint,lucem sui spũs aperire currentibus solitus est.Nam ꝙ ocłi Iesu dona spũs eius mysticę designent testat in Apocalypsi Ioannes:qui figurate loquens de illo. Et vidi (inquit)agnum stantem tanq̃ occisum,habentem cornua septem, & ocłos septem:qui sunt septem spũs dei,missi in omnem terram. Q̲d' tentans Philippum dñs. Vnde(inquit)ememus panes,vt manducent hi?. Prouida vtiq; dispensatione facit.non vt ipse,quæ non nouerat,discat,sed vt Philippus tarditatem suæ fidei quam magistro scienter ipse nesciebat, tentatus agnoscat:& miraculo facto castiget.Neq; em̃ dubitare voluerat præsente rerum creatore:qui eduxit panem de terra / & vinum lętificans cor hominis, paucorum denariorum panes sufficere turbarum milibus non paucis: vt vnusquisq; sufficienter acciperet/& iam saturatus abiret. Q̲uinq; autem panes quibus mltitudinem ppłi saturauit/qnq; sunt libri Moysi:quibus spũali intellectu patefactis, & abundatione iam sensu multiplicatis, auditorum fidelium cotidie corda reficit. Q̲ui bene ordeacei fuisse referuntur:propter nimirum austeriora legis ædita/& tegimina lřæ grossiora:quæ interiorẽ spũalis sensus quasi medullam cælebrant. Duo autem pisces quos addidit/ Psalmistarum non inconuenienter & Prophetarum scripta significant:quorum vnum canẽdo/alterum alloq̃ndo suis autorib9/futura Chři & eccłiæ sacramenta narrabãt. Et bñ per aq̃tilia animãtia/figurant illius æui ꝑcones / in q̃ ppłs fideliũ sine aqs baptismi viuere nullatenus posset. Puer qui quinq; panes & duos pisces habuit:nec tñ eos esuriẽtib9 turbis distribuit:sed dño distribuẽdo obtulit:ppłs est iudęorũ litterali sensu puerilis:qui scripturarũ dicta clausa secum tenuit:q̃ tñ dñs in carne apparẽs accepit/& quid intus haberent vtilitatis,ac dulcedinis ostendit:& q̃ multiplici spũs grã (quæ pauca ac despecta videbant)exuberent,patefecit:& hęc per apłos suos apostolorumq; successores,cunctis nationibus ministranda porrexit. Vnde bene aiij ferũt euãgelistę: quia panes & pisces dñs discipulis:discipuli autem ministrauerunt turbis. Cum em̃ mysterium humanæ suauitatis initium cepisset enarrari p dñm/ ab is,qui audierunt:in nos confirmatum est. Q̲uinq; siquidem panes & duos pisces fregit/& distribuit discipulis suis:qñ apuit illis sensum/ vt intelligerent omnia:q̃ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis,& Psalmis de ipso.

ꝓue. viij.b

puer.viij.c

Discipuli apposuerunt turbis: qn̄ profecti p̄dicauerunt vbiq; dn̄o cooperante, & sermone cōfirmante seq̄ntibus signis. Fœnum in q̄ discumbens turba reficit, cōcupiscentia carnis intelligit: quā calcare & p̄mere debet omnis, qui sp̄ualibus alimētis satiari desiderat. Omnis em̄ caro fœnum / & omnis gl'ia ei9 / tanq; flos fœni. Discumbāt ergo sup fœnū, vt florē fœni conterat / idest, vt castiget corpus suum, & seruituti subijciat, voluptates carnis edomet / luxuriæ fluxa restringat. Quisquis panis viui cupit suauitate refici: quisquis supne grãe dapib9 renouari amat: ne infima vetustate deficiat, caueat. Quinq; milia viri, qui mādcauerunt, pfectionē eorū (qui v̄bo vitæ reficiunt) insinuant. Virorum quippe nomine, solēt in scripturis pfectiores quinq; figurari: q̄s fœminea mollicies nulla corrumpit: q̄les cupit eos esse, q̄bus dicit ap̄ls. Vigilate, state in fide: viriliter agite & cōfortamini. Millenarius autē numer9 (vltra quē nulla nūeri cōputatio succrescit) plenitudinē rerū (de quib9 agit) indicare cōsueuit. Quinario v̄o numero: quinq; notissimi corpis nr̄i sensus exprimunt, visus videlicet, auditus, olfactus, gustus, & tactus. In q̄bus singulis, quinq; viriliter agere & cōfortari satagunt, sobrie & pie, & iuste viuēdo / vt celestis sapiētię mereamur dulcedine recreari / hi nimirū qnq; milib9 virorū p festib9 (q̄s dn̄s mysticis dapibus saciauit) figurant. Nec p̄tereūdum / q refecturus multitudinē grās egit. Egit quippe grās: vt & nos doceret de p̄ceptis cælitus muneribus grās semper agere: & ipse q̄ntum de nr̄is profectibus gratulet, & de nr̄a sp̄uali refectiōe gaudeat / intimaret. Vultis etem̄ nosse fratres, q̄ntum nr̄æ cōgaudeat saluti? Narrat euāgelista Lucas dedisse eū discipulis potestatē calcādi supra oēm v̄tutem inimici: eorumq; nomina scripta indicasse in cælis / & statim infert. In ipsa hora exultauit in sp̄ū sancto, & dixit. Cōfiteor tibi pr̄ dn̄e cæli & terræ: quia abscōdisti hæc a sapiētibus & prudētibus: & reuelasti ea paruulis. Claret ergo, quia saluti ac vitæ fidelium cōgratulat / qui pr̄em grās agēdo collaudat / q ea q̄ superbientibus abscōdit / humilibus sp̄ū / secreta reuelauit. Qd' autē saturata mltitudine iussit discipulos colligere: q̄ superauerāt fragmētorum, ne perirent / hoc signat pfecto: qa pleraq; sunt arcana diuinorum eloquiorum: q̄ vulgi sensus nō capit: nōnulla q̄ per se quidē minus docti assequi neq̄unt: sed a doctorib9 exposita mox intelligere q̄unt. Hæc ergo necesse est: vt qui valēt diligētius scrutādo, colligāt / & ad eruditionē minorum suorum dicto vl' scripto faciāt peruenire / ne alimenta v̄bi illorum desidia pereant, plebibusq; tollant, qui hæc dn̄o donāte interp̄tando colligere norunt. Colligerunt (inquit) & impleuerunt duodecim Cophinos fragmētorum. Quia duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa figurari: recte per duodecim cophinos fragmētorum plenos / omnis sp̄ualium doctorum chorus exprimit: qui obscura scripturarum; q̄ per se turbæ neq̄unt / & meditādo colligere / & mediata & mandata lr̄is suo pariter & turbarum vsui cōseruare iubent. Hoc ipsi fecere Apostoli

Esaie. xl. b.

j. cor. xvj. c

Luce. x. d.

Textus.

& euangelistæ:non pauca legis & prophetarum dicta mystica, suis(interp̄tatione addita)inserẽdo opusculis. Hoc seq̄ces eorũ eccliȩ toto orbe magistri: etiã integros nõnulli vtriusq; testamẽti libros diligẽtiori explanatiõe discutiendo:qui q̄uis hoībus despecti/cælestis tñ grãe sunt pane fœcũdi. Nã seruilia cophinis solent opa fieri. Vnde de pplo,qui in luto quondã ac lateribus seruiebat in ægypto dicit Psalmista. Manus ei⁹ in cophino seruierunt. Illi ergo hoīes cum vidissent,qđ fecerat signũ,dicebãt. Quia hic est vere ppheta:qui vẽturus est in mũdum. Recte qdem dicebãt/quia hic est vere ppheta:dñm,pphetam magnũ/magnæ salutis p̄conem iã mũdo futurum. Nam & ipse pphetam se vocare dignat,vbi ait:quia nõ capit perire pphetã extra Ierusalem. Sed necdũ plena fide pficiebãt/q hunc etiam deũ dicere nesciebãt. Ergo illi vidẽtes signũ(qđ fecerat Iesus) dicebãt. Quia hic est vere ppheta, qui vẽturus est in mũdum. Nos certiori cognitiõe veritatis & fidei/videntes mundũ(quẽ fecit Iesus)& signa, quibus illũ repleuit,dicamus. Quia hic est vere mediator dei & hoīm:qui implet mũdum diuinitate:& mũdus p ip̄m factus est:qui in ppria venit/genus humanum q̄rere:& saluare,qđ perierat: ac recreare mũdum,quẽ fecerat:qui cũ suis fidelibus p p̄sentiam diuinitatis est in mũdo omnibus diebus vsq; ad cõsummatiõem sclī:qui in cõsummatione sclī per humanitatem vẽturus est in mundum, vt reddat singlis scđm opa eorum:impios quidẽ & pctõres æternũ pijciens in ignẽ : iustos autẽ in vitam introducẽs æternam:in q̄ viuit & regnat cum prẽ in vnitate spũsscti deus/per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ps. xviij.d.
Textus.
Luce.xiij.g

¶Segmentũ ex euangelio Ioannis.cap̄.viij.lr̃a. F.qđ canitur dñica in passione.

IN illo tempore. Dixit Iesus turbis iudȩorum/& principib⁹ sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatẽ dico vobis:q̄re vos nõ creditis mihi? Qui est ex deo:vba dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex deo nõ estis. Respõderũt ergo Iudȩi:& dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos:quia Samaritan⁹ es tu:& dæmoniũ habes? Respõdit Iesus. Ego dæmonium nõ habeo:sed honorifico prẽm meum,& vos inhonorastis me. Ego aũt non q̄ro gl'iam meã:est qui q̄rat,& iudicet. Amẽ amen dico vobis:si quis sermonẽ meũ seruauerit:nõ videbit mortẽ in ȩternum. Dixerũt ergo iudæi. Nũc cognouim⁹,quia dæmoniũ habes. Abraam mortuus est,& pphetæ:& tu dicis. Si quis sermonẽ meũ seruauerit:nõ gustabit mortẽ in æternum? Nũquid tu maior es prẽ nr̃o Abraam,qui mortu⁹ est:& pphetȩ mortui sunt? quẽ teip̄m facis? Respõdit Iesus. Si ego gl'ifico

nr̃a carnis suę intuitu submouet: & ad diuinitatis cõtẽplationẽ trahit, dicẽs: meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis: quia deus vester est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. & si dixero, quia non noui eum: ero silis vobis mendax. sed scio eum: & sermonẽ eius seruo. Abraam pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes: & Abraã vidisti? Dixit ei Iesus. Amẽ amẽ dico vobis: anteq̃ Abraã fieret, ego sum. Tulerũt ergo lapides Iudaei: vt iacerẽt in eum. Iesus autẽ abscõdit se: & exiuit de templo. Et reliqua.

¶ Homilia bt̃i Gregorij papę de eadẽ lectõne. Habita ad pp̃lm in basilica sancti Petri apl̃i, dñica in passione.

Textus.

Text9.

PEnsate fratres charissimi mansuetudinem Dei: relaxare peccata venerat, & dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignat̃ ex rõne ostẽdere se pctõrem non esse, qui ex ṽtute diuinitatis poterat pctõres iustificare. Sed terribile est valde, quod sequitur. Qui ex deo est, verba dei audit, ꝓpterea vos nõ auditis, quia ex deo nõ estis. Si em̃ ipsa verba dei audit: qui ex deo est: & audire verba non potest: quisquis ex illo nõ est: interroget se vnusquisq̃, si verba dei in aure cordis percipit, & intelligit, vnde sit. Cælestem p̃riam desiderare veritas iubet, carnis desideria cõteri, mũdi gl̃iam declinare, aliena non appetere, ꝓpria largiri. Penset ergo apd' se vnusquisq̃ vr̃m, si hæc vox dei in cordis aure cõualuit, & quia iam ex deo sit, cognoscit. Nam sunt nõnulli qui p̃cepta dei nec aure corpis percipere dignant̃. Et sunt nõnulli, qui hæc q̃dem corpis aure pcipiũt, sed nullo ea mẽtis desiderio complectunt̃. Et sunt nõnulli qui libenter verba dei suscipiũt: ita vt etiam in fletib9 compungant̃, sed post lachrymarum tp̃s ad iniquitatem redeũt. hi ꝓfecto verba dei non audiũt: qui hæc exercere in opere cõtemnũt. Vitam ergo vr̃am fratres charissimi ante mẽtis ocl'os reuocate: & alta cõsideratiõe pertimescite hoc, qd' ex ore veritatis sonat, ꝓpterea vos nõ auditis, quia ex deo nõ estis. Sed hoc qd' de reprobis. Veritas loq̃t, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis opibus ostendũt. Nam sequitur.

Verborum dñi auditores sũt in multiplici differẽtia.

Textus.

Textus

Responderũt Iudæi, & dixerũt ei. Nõne bene dicim9 nos: quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Accepta aũt tanta cõtumelia: quid dñs respondeat: audiamus. Ego dæmoniũ nõ habeo, sed honorifico p̃rem meum: & vos inhonorastis me. Quia em̃ Samaritan9 interp̃tat̃ custos: & ipse veraciter est custos, de q̃ Psalmista ait. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat: q custodit eam. Et cui per Esaiam dr̃. Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Respõdere dñs noluit: Samaritan9 nõ sum, sed ego dæmoniũ nõ ha

Samaritanus custos interp̃tat̃.
Esa. xxi. c.

beo. Duo quippe ei illata fuerant: vnũ negauit, sed alterũ tacendo consensit. Custos nanq; humani gñis venerat: & si Samaritanũ se nõ esse diceret, esse se custodẽ negaret, Sed tacuit, qđ recognouit: & patiẽter repulit, qđ dictũ fallaciter audiuit, dicẽs. Ego dæmoniũ nõ habeo. In quib⁹ vbis quid aliđ ꝙ̃ sũpbia nr̃a cõfunditur? q̃ si exagitata vel leuiter fuerit, atrociores iniurias reddit, ꝙ̃ accepit: facit mala, q̃ põtest: minat̃, & q̃ facere nõ potest. Ecce iniuriã suscipiẽs deus, nõ irascit̃, nõ cõtumeliosa vba respõdit. Qui si eisdẽ ista dicẽtibus respõdere voluisset, dęmoniũ vos habetis: verũ, pfecto diceret: quia nisi impleti dæmonio essent, tã puersa de deo loqui nõ possent. Sed accepta iniuria etiã (qđ verũ erat) dicere vitas noluit: ne nõ dixisse veritatẽ: sed, puocatus cõtumeliã reddidisse videret̃. Ex q̃ re qd nob̃ innuit̃: nisi vt eo tp̃e q̃ a pximis ex falsitate cõtumelias accipimus: eorũ etiã vera mala taceamus, ne ministeriũ iustę correctiõis in arma vtamus furoris? Sed quia quisquis zelo dei vtit̃: sępe a prauis hoĩbus dehonestat̃: in semetipo dñs nobis patiẽtię pbuit exemplũ, qui ait, sed honorifico prẽm meũ & vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista faciẽdũ sit: adhuc suo nos exemplo admonet, cũ subiungit. Ego autẽ nõ q̃ro gl̃iam meã: est qui q̃rat, & iudicet. Scimus certe, ꝙ scriptũ est: quia pr̃ oẽ iudiciũ dedit filio, & tñ idẽ filius iniurias accipiẽs, gl̃iam suã non q̃rit: illatas cõtumelias pr̃is iudicio reseruat: vt nobis pfecto insinuet, q̃ntum nos esse patiẽtes debemus: dũ se adhuc vlcisci nõ vult, & ipe qui iudicat. Cũ vo malorũ puersitas crescit, nõ solũ pdicatio frãgi nõ debet: sed etiã augeri. Qđ suo dñs exẽplo nos admonet, qui postq; dæmoniũ hr̃e dictus est, pdicatiõis suæ bñficia largius impẽdit, dicẽs. Amẽ amẽ dico vobis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ videbit in ęternũ. Sed sicut bonis necesse est, vt meliores etiã p cõtumelias existãt, ita semp reprobi de bñficio peiores fiunt. Nam accepta va pdicatiõe iterũ dicunt. Nunc cognouimus, quia dęmonium habes. Quia em̃ ęternę morti inhæserãt: & eandẽ mortẽ (cui inhęserant) non videbant, dum solam mortem carnis aspicerent, in vitatis sermone caligabãt, dicẽtes. Abraã mortuus est, & pphetę, & tu dicis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ gustabit in ęternum? Vñ & ipi vitati eundẽ Abraã & pphetas q̃si venerãtes pferunt. Sed apta nobis rõne ostenditur, quia qui deum nesciunt, dei q̃q; famlos falso venerant̃. Et notãdum, ꝙ vidit eos dñs aperta sibi impugnatiõe resistere, & tñ eis se iterata non desinit voce pdicare, dicens. Abraam pater vester exultauit, vt videret diẽ meũ, vidit, & gauisus est. Tunc quippe diem dñi Abraam vidit, cum in figura summæ Trinitatis tres angelos hospicio recepit. Quibus profecto susceptis, sic tribus, quasi vni locutus est, quia & si in personis numerus Trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis. Sed carnales mentes audientium oculos a carne non subleuant, dum in eo solam carnis ætatem pensant, dicentes. Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraã vidisti? Quos benigne redẽptor

Textus.
Patientia ꝗ̃ nos ad patiẽtiã exhortari debet.
Textus.
Joan.v.d.
Textus.
Textus.
Deũ nesciẽtes dei famulos falso venerãt̃.
Textus.
Geñ.xviij.
Textus.

Textus. Amen amen dico vobis, antequam Abraam fieret ego sum. Ante enim preteriti tpis est, sum, presentis. Et quia tps preteritum & futurum diuinitas non habet: sed semper esse habet: nõ ait. ante Abraam ego fui: sed ante Abraã ego sum. Vnde & ad Moysen dr. Ego sum, qui sum: & dices filijs isrl. Qui est: misit me ad vos. Ante ergo, vel post Abraam esse habuit. qui & accedere potuit p exhibitiõem psentię, & recedere p cursum vitæ. Veritas vero semp esse habet: quia ei quicquid nec priori tpe incipit, nec subseqnti terminat. Sed sustinere ista æternitatis vba mẽtes infidelium nõ valẽtes, ad lapides currũt, & quem intelligere nõ poterãt: obruere qrebãt. Quid aũt cõtra furorẽ lapidantium dñs fecit: ostendit, cum ptinus subinfert. Iesus autem abscõdit se, & exiuit de templo. Mirũ est valde frẽs charissimi, cur psecutores suos dñs se abscõdẽdo declinauerit, q si diuinitatis suę potentiã exercere voluisset) tacito nutu mentis in suis ictibus eos ligaret: aut in poena subitę mortis obrueret. Sed quia pati venerat: exercere iudiciũ nolebat. Certe sub ipo passiõis tpe & qntum poterat ostẽdit: & tñ hoc (ad qd venerat) ptulit. Nam cũ psecutoribus suis se qrentibus diceret, ego sum. sola hac voce eorũ supbiam pculit: & oẽs in terram strauit. Qui ergo & in hoc loco potuit manus lapidantium non se abscõdendo euadere: cur abscõdit se, nisi q homo inter hoies factus, redemptor nr alia vobis vbo loquit, alia exemplo? Quid autẽ nobis hoc exemplo loquit: nisi vt etiam cũ resistere possumus, iram supbientium humiliter declinemus? Vnde & p Paulum dr. Date locum irę. Quãta humilitate iram pximi ferre debeat, ppendat homo: si furores irascẽtium abscondẽs se declinauit deus. Nemo ergo se cõtra acceptas cõtumelias erigat: nemo cõuitijs cõuitium reddat, Imitatiõe ergo dei, gliosius est iniuriam tacendo fugere, q respõdendo supare. Sed contra hoc supbia dicit in corde. Turpe est, vt accepta iniuria taceas. Quisquis cõspicit: quia cõtumeliam accipis, & taces nõ putat, quia patiẽtiam exhibes, sed crimẽ agnoscis. Sed vnde vox ista in corde nro cõtra patientiam nascit, nisi quia in imis cogitatiõem fiximus, & dñi in terra gliam qrimus, placere ei (qui nos de cęlo cõspicit) non curamus? Accepta ergo cõtumelia: meditemur in ope vocem Dei. Ego non quæro gliam meam: est qui qrat, & iudicet. Hoc autem (qd de dño scriptum est) abscondit se, intelligi & aliter potest. Mlta quippe iudæis pdicauerat: sed pdicationis eius vba deridebãt. Deteriores qq ex pdicatione facti sunt: qui vsq adiaciendos lapides peruenerũt. Et quid abscõdendo se dñs signat: nisi q eis ipsa veritas abscondit, qui eius sequi vba contemnũt? Eam quippe (quam non inuenit) humilem veritas fugit mentem. Et q multi sunt hodie, qui iudæorum duriciam detestant, quia prædicationem dñi audire noluerunt: & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta dei audiunt, miracula cognoscunt, sed conuerti a suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat: & redire nolumus: Ecce sustinet: & eius patientiam diss

Marginal notes: Exod. iij. d. — Textus — Chrs si voluisset: facile suos psecutores exterminasset. — Joan. xviij — Rom. xij. d. — Veritas ipsa abscõsa fuit iudęis

mulamus. Dum ergo tempus est fratres: paruitatem suam vnusquisq; deserat, dei patientiam pertimescat: ne (quem nunc tranquillum despicit) iratum postmodum nequaq; euadere possit.

¶ Segmentum ex Euangelio Matthæi. cap. xxi. lra. A. quod canitur dñica in Ramis palmarum.

IN illo tempore, Cum appropinq̃sset dñs Iesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti: tunc misit duos discipl'os, dicens eis. Ite in castellũ, qđ contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pullũ cũ ea, soluite. & adducite mihi. Et si quis aliquid vobis dixerit: dicite, quia dñs ĳs opus habet. & confestim dimittet eos. Hoc aũt factũ est: vt adimpleret, qđ dictum est per ꝓphetam, dicẽtem. Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi mãsuet⁹, sedẽs sup Asinam & pullũ filiũ subiugalis. Eũtes aũt discipli, fecerũt sicut p̃cepit illis Iesus. Et adduxerũt asinam & pullũ: & imposuerũt super eos vestimenta sua: & eũ desuper sedere fecerũt. Plurima aũt turba strauerũt vestimenta sua in via. Alĳ autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ aũt, q̃ præcedebant, & q̃ seq̃bant, clamabãt dicẽtes. Osaana filio Dauid, bñdictus q venit in noĩe dñi: osaana in altissimis. Et cũ intrasset Hierosolymam, cõmota est vniuersa ciuitas, dicẽs. Quis est hic? Ppl'i aũt dicebant. Hic est Iesus ꝓpheta a Nazareth Galilęę. Et reliqua.

Esa. lxij. d.
Zach. ix. d.

¶ Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

MEdiator dei & hoĩm homo Chr̃s Iesus: q ꝓ humani gñis salute passur⁹ de cælo descẽderat ad terras, appinq̃nte hora passiõis: appropinq̃re etiã voluit loco passiõis, vt etiã p hoc clarescẽret, qa nõ inuit⁹: sed spõte pateret. In asina venire, & a turbis rex appellari, ac laudari voluit, vt etiã p hoc eruditus qsq; cognosceret ipm esse chr̃m: quem sic illũ venturũ prophetia olim p̃missa signauerat. Ante quinq; dies paschæ venire voluit, sicut ex Ioãnis euãgelio didicim⁹, vt etiã p hoc ostẽderet se esse agnũ immacl'atũ, qui pc̃tã tolleret mũdi. Agnus quippe paschalis, cui⁹ immolatiõe ppl's Israel ab egyptia est seruitute liberatus: ãte qnq; dies paschę, idest, decima luna domum inferri, & ipsa die paschę, idest quartadecima luna ad vesperũ iussus est immolari: significãs eũ, qui nos suo sanguine redẽpturus, ãte quinq; dies paschę, idest, hodierno die, magno p̃cedentiũ, sequen-

Ioã. xii. a.

tiumq̃ pplõrum gaudio ac laudatione deductus: venit in templum Dei: & erat cotidie docens in eo. Quinta demũ pacta die: vbi veteris paschæ sacramenta hactenus obseruata consumauit, ac noui deinceps obseruanda discipulis sacramenta cõtradidit: egressus in monte Oliueti, tentus est a iudæis, & mane crucifixus: ipsa nos die a dæmoniaca dñatione redemit, quia antiquus ille Hebræorum ppls, p immolatiõem agni iugũ egyptiæ seruitutis abiecit. Ergo dñs instar agni paschalis: ante qnq̃ dies (q̃ pati incipet) locum passiõis adijt: vt se insinuaret esse illum: de q̃ prædixit Esaias. Sicut ouis ad occisiõem ducet: & q̃si agnus coram tondẽte se obmutescet: & nõ apiet os suũ. Et paulo supius. Ipse aũt vulnerat⁹ est ,ppter iniquitates nr̃as: & liuore ei⁹ sanati sumus. Sed inuidorum corda principum in cunctis, q̃ ,puide gessit, eum psequi q̃ in eum credere maluerũt: & mltum miseri vitę autorẽ morti potius dare q̃ per ipm viuificari studebãt. Verũ nos psidorum cęcitate declinata, eorum magis exẽpla, q̃ fideliter dñm laudare studuerũt, seq̃mur, & iter eius mysticũ mystica (vt decet) interp̃tatione scrutemur. Asina & pullus, qbus sedens dñs Hierosolymã venit: vtriusq̃ ppli Iudæi, videlicet & gentilis simplicia corda designãt: quib⁹ ille p̃sidẽs, q̃q̃ a noxia libertate suo frenãs imperio, ad visionem supernę pacis perducit. Hierosolyma etẽm visio pacis interp̃tat. Et bñ cum ad mõtem Oliueti venisset dñs: discipl̃os, qui hæc animalia adducerent, misit: qa non nr̃is ad eum meritis, sed sola ipsius gr̃a largiẽte puenim⁹: Ioanne attestãte, qui ait. Et in hoc charitas est, non q̃si nos dilexerimus deum: sed quia ipse prior dilexit nos. Mons nãq̃ Oliueti celsitudinẽ dñicæ dilectionis (q̃ nos misericorditer illustrare ac saluare dignat⁹ est) insinuat: nõ solum qa olei natura lucis ministra est, & laborũ dolorumq̃ solamẽ: verũ etiã: quia cũctis quibus immiscet, solet excellere liq̃ribus. Et apl̃s de charitate locuturus: adhuc (inquit) excellẽtiorem viã vobis demõstro. Ad mõtem igit Oliueti veniens dñs, Asinos sibi (qbus Hierosolymã petat) p̃cepit exhiberi: figurate significãs hoc, qd' alibi dicit aperte. Quia sic deus dilexit mũdum, vt filiũ suũ vnigenitum daret: vt omnis (qui credit in ipm nõ pereat) sed habeat vitã ęternam. Duos ad exhibẽda sibi iumẽta misit discipl̃os: vt significaret in vtrũq̃ populum, circuncisiõis videlicet & preputij p̃dicatores esse destinãdos: vel certe duos misit: vt eosdem p̃dicatores doctrina simul & operatiõe perfectos esse mõeret: ne vl' erroris v̾ba indocti veritati miscerẽt: vl' ea (q̃ recti⁹ docuissent) peruerse viuẽdo negarẽt. Inuenietis (inquit) Asinã alligatã, & pullũ cũ ea, soluite & adducite mihi. Pullum q̃q̃ alligatũ fuisse, alij euãgelistæ testant. Vterq̃ em̃ ppl̃s, funibus pc̃tõrum erat circũplexus, & solutiõe diuina opus habebat. iste lege (quã accepat) male vtendo, ille nunq̃ accipiendo peccauerat, Vnde bene dicit apl̃s. Quia nõ est distinctio, omnes em̃ peccauerunt, & egent gl̃ia dei: iustificati per gr̃am ipsius gratis. Et pulchre alij tres euãgelistæ (qui gẽtib⁹ scripserunt) pullũ solummodo domini adductum memorant:

Esa. liij. d.
Per asinã & pullũ qd designat.
Hierosolyma visio pacis dr.
j. Joã. iiij.
Mõs oliueti qd insinuat
Olei natura q̃lis.
j. corin. xij.
j. Joan. iij.
Luc. xix. c.
Marc. xi. a
Rom. x. c

Matthæus autem Euangelista, qui & Hebræis & Hebræo sermone scripsit euangeliũ, etiam Asinæ facit mentiõem: ꝓuida vtiq; dispensatiõe: vt quorũ salutem scribẽdo q̃sierunt, hos saluando a dño mystice docerent esse figuratos. Et si quis vobis (inquit) aliquid dixerit: dicite, quia dñs his op9 habet: & cõfestim dimittet eos. Et doctoribus præcipitur: vt si quid eis obstiterit aduersitatis: & si quis prohibuerit peccatores a laq̃is diaboli absolui, & ꝑ cõfessionem fidei dño adduci: non tamẽ prædicandum desistant: sed cõstanter insinuent: quia Dñs ad ædificandam ecclesiam talibus opus habet. Quãuis em̃ sæuus sit persecutor & immanis, non potest eorum obsistere saluatiõi, q̃s nouit Dñs. quia sunt eius, q̃s ad vitam præordinauit æternam. Adhibet autem huic facto prophetæ testimonium, vt appareat Dñm quidẽ in omnibus, q̃ de ipso erant scripta complesse: sed inuidia cæcatos: Scribas & Pharisæos, ea q̃ ipsi legebant intelligere nequiuisse. Dicite filiæ Sion: ecce rex tu9 venit tibi mansuetus: sedens super Asinam & pullum filium subiugalis.

Textus.

Sęuus ꝑsecutor non põt resistere saluationi fideliũ.

Textus.

Filia Sion, Ecclesia est fidelium: pertinens ad supernam Ierusalem, q̃ est mater omnium nostrum, cuius portio tunc non minima erat in ppl̃o Isrl̃. Regem habens mansuetum: qui non terrena immitibus: sed mansuetis cęlestia regna dare consueuit, dicens. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. De quibus Psalmista. Mansueti (inquit) possidebunt terram: & delectabunt in multitudine pacis. Rex ergo mãsuetus, mansuetis (idest humilibus corde) terram pacis tribuit: quos in terra belli & tribulationum: quondam rex impius: idest, Diabolus superbiæ vulnere strauit. Sedens (inquit) super Asinam & pullum filium subiugalis, quia requiescit in corde humilium & quietorum & trementium verba eius: siue eorum qui in Synagoga iugum legis trahere nouerunt: seu illorum, qui gẽtili diu libertate effrenes eiusdem Synagogę instantia ad fidei & veritatis sũt grãm conuersi. Adducẽtes autem Asinam & pullum discipl̃i, imposuerunt super eos vestimẽta sua: & dñm desuper sedere fecerunt. Vestimenta discipl̃orum, opera sunt iusticiæ, Psalmista teste, qui ait. Sacerdotes tui induãtur iusticia: Asinos (quos nudos inueniũt discipl̃i) suis sternũt vestimentis: & ita desuper dñm imponunt, cum p̃dicatores sancti q̃slibet a sanctitatis habitu vacuos inueniũt: hosq; ꝟtutum suarũ exemplis, ad suscipiẽdam fidem & dilectionẽ sui cõditoris imbuũt. Non em̃ nudã dñs Asinã, nõ nudũ voluit ascẽdere pullũ: quia siue Iudæus siue Gẽtilis: nisi sc̃tõrũ fuerit dictis ornatus & actis, non potest dñm habere rectorẽ: sed regnat potius pc̃m̃ in mortali ei9 corpore ad obediendũ concupiscẽtijs eius. Plurima aũt turba strauerunt vestimẽta sua in via. Plurima hæc turba, innumerabilem martyrum designat exercitũ, qui corpa sua animarũ videlicet tegumẽta ꝓ dño dabant: q̃ seq̃ntibus electis planiorẽ recte viuẽdi callẽ facerẽt: ne q videlicet dubitarẽt, ibi pedẽ bonę actiõis ponere in pace, vbi nõ paucos viderẽt in bello p̃cessisse

Filia sion ecclia est.

bria/sed natalicia dicantur.Sequitur. Dñs exponens ipse paradigma:quod de muliere posuit. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis/iterū autem videbo vos,& gaudebit cor nrm,& gaudium vrm nemo tollet a vobis. Qd' de ipsis quidem discipulis facile intelligitur/quia tristiciā habuerunt passo ac sepulto dño,sed facta resurrectionis gloria:gauisi sunt viso domino.Et gaudium eorum nemo tulit ab eis,quia & si postmodum persecutiones p Chri nomine ac tormenta passi sunt/spe tamen resurrectionis & visionis illius accensi/libenter q̄q aduersa ferebant. immo omne gaudiū existimabant/cum in tentationes varias inciderent. Deniq cæsi a principibus sacerdotum(vt scriptum est)ibant gaudentes a conspectu consilij:qm̄ digni habiti sunt p nomine Iesu cōtumeliam pati. Gaudium eorum nemo tulit ab eis:quia talia patiendo p Chro, meruerunt regnare sine fine cum Chro. Sed & omnis ecclia per huius vitæ labores & angustias/ad æterna celestium tendit pmia gaudiorum,attestante Aplo. Quia per multas tribulationes oportet nobis introire in regnum Dei.Qd' autem ait. Iterum videbo vos & gaudebit cor vrm. Videbo vos dixit:eripiam vos ab aduersarijs:coronabo vos victores:me vos decertātes semp vidisse probabo. Quando em̄ non videret suos maxime pssuris circūuentos:cū quib9 se ipse omnib9 diebus scli manere pmisit: sed morientibus inter tormenta fidelibus, arbitrant eos tortores diuino carere psid'o dicentes.Vbi est deus eorum: Vnde quidam ex his circūseptus erūnis aiebat. Vide dñe afflictiōem meā:qm̄ erectus est inimicus meus.Qd' est apte dicere.Qm̄ inimicus insequs ceruicem superbiæ cōtra tuos humiles attollit:tuo nos auxilio conditor nr ops subleua: deuictis ac repulsis hostibus nros semp agones vidisse.tibi hos placuisse,cōproba.Videt ita electos post tristiciā dñs:cū eorū patiētiā (dānato impugnatore)remūerat.Potest & ita intelligi qd' ait.iterū aūt videbo vos (q̄si diceret) Iterum vobis vidēdus appareo:quō dixit Abraæ.Nunc cognoui q timeas dñm: p eo vt diceret:nūc cognoscere hoīes feci q timeas deum:q hactenus nesciebāt,qd' apd' me certū semp habui.Si ergo frēs charissimi salubri nunc tristicia afficimur:si iuxta hortamēta apli spe gaudētes,in tribulatione existimus patientes:si nra errata:si miserias pximorum debita lamentatione deflemus:videbit nos iterum dñs(idest videndum se nobis ostēdet in futuro) qui quondam nos videre fidei suæ nobis agnitionē largiendo dignatus est. Videbit vt coronet,qui quondam vidit,vt vocaret. Videbit & gaudebit cor vrm/& gaudium vrm non tollet a vobis : quia hæc est vera & vnica merces eorum:qui secundum deum contristāt de perpetua eius visione gaudere.Quam pfecto mercedem pmisit ipse sublimiter,cum ait.Beati mūdo corde/qm̄ ipsi Deum videbunt.Quam desiderabat ardenter Propheta : cū dicebat. Sitiuit anima mea ad deum viuum,qn̄ veniam & apparebo ante faciem dei:Quā se apostolus cum suis filibus accepturū esse gratulatur/qui

Textus. Actu.v.g. Actu.xiiij. Mat.xxvij. Threno.i. Gen.xvi.c Roma.xij. Matt.v.a. ps.xlj.

.i.cor.xiij.d

certaminum suorum conscius: cōfidenter ꝓtestat̃: dicens. Videmus nunc per speculū in ęnigmate: tunc aūt facie ad faciē. Quā nos quoq; & fideliter q̃rere & veraciter appṗdendere donet ipe certātium auxiliator & vincentiū remunerator, Iesus Chr̃s dñs nr̃: q cū eo viuit & regnat in vnitate spūsācti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ Segmentum ex euangelio Ioannis. cap. xvj. lr̃a. B. qd' canit̃ in dñica quarta post pascha.

IN illo tempore. Dixit dñs Iesus discipl'is suis. Vado ad eum q misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed qa hęc locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vr̃m. Sed ego ṽitatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Si em̃ nō abiero: paracletus non veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā eum ad vos. Et cū venerit ille arguet mundū de pctō: & de iusticia, & de iudicio. De pctō quidē: quia nō crediderūt in me. De iusticia vero: q ad pr̃em vado, & iā nō videbitis me. De iudicio aūt: quia princeps hui⁹ mūdi iā iudicat⁹ est. Adhuc m'lta habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cum aūt venerit ille spūs veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non em̃ loquetur a semetipso, sed q̃cunq; audiet loq̃tur, & quę ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Et reliqua.

¶ Ex dictis sancti Augustini de verbis dñi.

SIgnificat sic se iterū ad eū qui misit illū: vt null⁹ interrogaret qd' palā fieri visu corpis cerneret. Nā supius interrogauerāt eū: q esset itur⁹: dū ad passionē ꝓperauit. & respondit eo se iterū, q illi tunc sequi nō possent. Nunc aūt sic se dicit iturū: vt nullus q vadit interroget. Nubes em̃ suscepit cū: qn̄ ascendit ab eis: & euntē in cælū non ṽbis q̃sierunt: sed ocl'is viderunt. Sed quia hęc locutus sum vobis (inquit) tristicia impleuit cor vr̃m. Videbat vtiq; quid illa sua ṽba in eorū cordibus agerent: spūalē quippe nondum habentes interius consolationem: quam per spm̃ sanctum fuerant habituri: id qd' exterius in Chr̃o videbant: ammittere metuebant. Sed ergo veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Ac si aperte diceret. Expedit vt forma serui vestris subtrahat̃ aspectibus: q̃tenus amor diuinitatis aptius vr̃is infigatur mentibus. Expedit vt notā vobis formā cęlo inferam: quatenus p hoc maiori desyderio illuc suspiretis. Si enim non abiero: paracletus non

Textus.

Textus.

Textus.

veniet ad vos. Si autem abiero: mittã eum ad vos. Non quia non poterat ipse in terra positus: dare spm̃ discipłis: hęc loquit̃: cum aperte legit̃: quia post resurrectionẽ apparens eis: insufflauit, & dixit eis. Accipite spm̃ sctm̃. sed ipso in terra posito: & corp̃aliter cõuersante cũ eis: nõ valebãt ad illũ erigere mẽ-tem ad sitienda munera gr̃ę cęlestis. Ascẽdente aũt illo ad cęlos: & illi pariter omne desideriũ suum in illum trãsferebãt. Ideo capaces spũsscti iã facti erãt, non vltra de morte eius cõtristati: sed ꝓmissionis eius munere lætati. Pr̃ aũt nec laboriosa expositione indiget: cur eundẽ spm̃ paracletum: idest consolatorem cognominauerit. Quia nimirum corda discipłorum q̃ recessus ipsi⁹ mœsta reddidisset: huius consolaret̃, & recrearet aduẽtus. Non q̃d antea spũs sctus non esset in cordibus discipłorum: vł etiã antiq̃rum sctorum, sed manifesta plenitudine ãte sic non fuit datus, quõ post ascensionẽ die decimo in centum viginti homines trãsmissus legitur. Sed in nullo ope cuiuslibet p̃sonæ pr̃is vel filij, vel spũsscti, totiusq; sctæ trinitatis operatio defuit, sed oportebat ita insinuari trinitatẽ, vt q̃uis nulla esset diuersitas substãtię, sigillatim tñ cõmendaret̃ distinctio p̃sonarum. Et cum venerit: ille arguet mundum. Quid est, qd̃ dixit, cum venerit, ille arguet mũdum? Nunqd Chr̃s dũ esset in mundo non arguit mundum: de his omnibus q̃ sequũtur? Sed chr̃s solã iudęorum gentẽ arguit. Spũs ṽo sctus in discipłis eius toto orbe diffusis, nõ vnã gentẽ intelligit̃ arguisse, sed mundum. In q̊ arguit: in eo per spm̃ sctm̃ charitas diffusa est in cordibus eorum, q̃ foras mittit timorẽ. vt non metuerent mundum: idest: amatores mundi arguere de pcto, & de iusticia, & de iudicio. Quã sententiã ipse chr̃s exposuit, dicẽs. De pcto, quia non credunt in me. Pctm̃ incredulitatis q̃si speciale posuit. Quia sicut fides origo ṽtutum, ita solidamentum est viciorum in incredulitate persistere. Dño terribiliter attestante: qui ait. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filii dei.

Joã. xxi. c.

Spm̃ sctm̃ cur paracletũ appellauit.

Textus.

Charitas foras mittit timorẽ.

Fides origo ṽtutũ.
Joã. iij.

¶ Segmentum ex Euangelio Ioannis cap̃. xvi. quod canitur dñica. v. post pascha. Historia huius Euangelij facta est anno chr̃i. xxxiij. kł̃as. ix. Apri. fer̃. v. in cœna dñi.

IN illo tempore. Dixit dñs Iesus discipulis suis. Vsq; modo non petistis quicq̃ in nomine meo. petite & accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annuncio vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nunc dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse em̃ amat vos: q̃a vos me amastis, & credidistis: quia a deo exiui. Et reliqua.

¶ Homilia Augustini episcopi.

DVobus modis intelligi potest: vel qa in nomine meo non petistis: qd' nomen nō sicut cognoscendum est, cognouistis, vel nō petistis quicq̄: qm̄ in cōparationē rerum (q̄s petere debuistis) ꝓ nihilo habendū est, qd' petistis: quia qui petit / qd' ad sempiternā salutem & gaudiū ęternū nō ptinet: nihil petere videt ad cōparationē illius petitiōis: quam petere debuit. Vsq; modo nō petistis quicq̄ in nomine meo. Vel ita intelligēdū est: nō petierūt eatenus in noīe saluatoris: qui dū ipsius saluatoris visibili p̄sentia cōplerent, minus ad inuisibilia salutis dona m̄etis intuitū erexerant. Qui vo contra rōnem salutis suę petit: nō petit in noīe Iesu. Hinc dn̄s seq̄nter ait. Petite & accipietis: vt gaudium vr̄m sit plenum. Significās / quid sit nobis petendū (idest) vt plenū sit gaudiū vr̄m. Vnde ait. Et accipietis. Si illa petimus, q̄ ad plenitudinē ęternorū ptineant gaudiorū: accipiemus. Plenū ergo gaudiū btitudinem ꝑpetuę pacis appellat. Ait itaq;, Petite & accipietis, vt gaudiū vr̄m sit plenum. Ac si patēter dicat. Non fluxa scl̄ gaudia (q̄ & mœrore sunt ꝑmixta: & dolore finiēda sunt) sed illd' singulare gaudiū a pr̄e petite: cui9 plēitudo nullo cuiuslibet inq̄etudinis attactu minuat: nullo vnq̄ termino dissoluat. Hęc in ꝓuerbijs locutus sum vobis: venit hora cū iam nō in ꝓuerbijs loq̄r vobis: sed palā de pr̄e annūciabo vobis. Nam paruuli fuerāt; & necdū intelligere potuerāt, quō pr̄ esset in filio / & filius in pr̄e: & cętera q̄ ad ꝓfundā mysteriorū diuinitatē ptinebāt, necdū scire potuerūt. Ideo in ꝓuerbijs q̄si in ęnigmate loqui illis videbat dn̄s, sed ꝓmittit illā horā, in q̄ palā illis de pr̄e loq̄ret. Illā nimirū horā significabat: q̄ eis pacta sua passione ac resurrectiōe spūssc̄ti erat gr̄am daturus. Tunc etem̄ spūaliter intus instructi / spūali dilectiōe succēsi, q̄ pfectius oīa (q̄ de agnitiōe diuinitatis mortalib9 erāt capiēda) cœperunt eo ardētius sola: q̄ ad eius visionē ꝓmerendā iuuarēt petere ac desiderare curauerunt. In illa die in noīe meo petistis. Idest, q̄ ad salutē tantūmodo aīarum vr̄arum / & q̄ ad gaudia æterna pertinere videt / petere incipietis, & maxime, vt intelligatis, quod dixi. Ego & pr̄ vnum sumus: vel quomodo pater sit in me / & ego in patre. Tunc in eius nomine petunt / qui dn̄r petere / qa in sancto eius noīe non aliud q̄ res ipsa est, quæ hoc nominē vocatur, intelligunt. Hi possunt vtrumq; cogitare dn̄m nostrum Iesum Chr̄um in quantum homo est, pro nobis interpellare patrem: In q̄utum Deus est, nos exaudire cum patre / quod eum significasse arbitror: vbi ait. Et nunc dico vobis / quia ego rogabo patrem de vobis. Potest em̄ non inconuenienter accipi / quod ait. Et nunc dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, quia non de præsenti rogo / sed de futuro posuit / rogabo. Quod sanctis ad internam pacem receptis, non opus sit iam

Qui nō petit: q̄ ad sempitnā salutē ptinent nihil petit.

Plenū gaudiū btitudo pacis ē.

Pro sctis nō est op9 rogare.

aliquid rogare de illis: quia nimirum tanta beatitudine donandi sint, quae amplior esse non possit.

¶ Segmentum ex Euangelio Marci.cap̄.xvi.lr̄a.C. quod canitur in die Ascensionis Dñi. Historia ipso die facta est Ascēsiōis, scilicet fer.v.tertio nonas Iunij.āno Chr̄i.xxxiij.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatē illorum & duriciam cordis: quia his qui viderant resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Et reliqua.

¶ Homilia bt̄i Gregorij papę de eadē lcōne. Habita ad ppl̄m in basilica sancti Petri, in Ascensione dñi.

QVod resurrectiōnem dñicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, q̄ nostra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa namq̄ resurrectio illis dubitantibus, per multa argumenta monstrata est: q̄ dum nos legentes agnoscimus, quid aliud q̄ de illorum dubitatione solidamur? Minus em̄ mihi Maria magdalena praestitit, quae citius credidit: q̄ Thomas, qui diu dubitauit. Ille em̄ dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubietatis vulnus amputauit. Ad insinuandum quoq̄ veritatem dñicae Resurrectionis, notandum nobis est, q̄d Lucas referat, Dicens. Conuescens praecepit eis, ab Hierosolymis ne discederent. Et post pauca. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria. Conuescens eleuatus est, comedit & ascendit, vt videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis.

Magdalēa cito credēs min⁹ nobis prestitit q̄ thomas q̄ diu dubitauit.

Actuū.j.a.

Marcus vero priusq̄ caelum dñs ascenderat, illum de cordis atq̄ infidelitatis duricia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est, nisi q̄ idcirco dñs, tunc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit: vt verba q̄ recedēs diceret, in corde audiētiū arcti⁹ imp̄ssa remanerēt. Increpata igit̄ eorū duricia, quid admonēdo dicat: audiam⁹. Eūtes in mundū vniuersum, p̄dicate euangeliū omni creaturae. Nūquid fr̄es mei euāgeliū: vel insensatis reb⁹ vel aīalib⁹ brutis fuerat p̄dicandū, vt de eo discip̄lis dicat̄. Predicate euangeliū omni creaturae? Sed oīs creaturae nomine signatur homo. Sunt

Verba vltima recedētiū alti⁹ remanēt fixa corde audientium.

Euangeliū q̄liter pōt p̄dicari oī creature.

namq; lapides:sed nec viuunt,nec sentiunt.Sunt herbę & arbusta:viuunt qui dem,sed nō sentiunt.viuunt dico,nō per animā:sed per viriditatem.quia & Paulus dicit. Insipiens tu qđ seminas non viuificat,nisi prius moriat. Viuit ergo,qđ morit:vt viuificet.Lapides itaq; sunt:sed non viuunt. Arbusta aūt sunt & viuunt:sed non sentiunt.Bruta vero animalia sunt, viuūt,sentiūt,sed non discernunt. Angeli em̄ sunt,viuunt,sentiunt,& discernunt.Omnis autē creaturæ aliquid habet homo.Habet nāq; cōe esse cum lapidibus,viuere cū arborib9,sentire cum animalib9,intelligere cum āgelis. Si igit cōe habet aliquid cum omni creatura homo:iuxta aliquid oīs creatura homo est. Omni ergo creaturæ p̄dicat euāgelium cum soli homini p̄dicat : quia videlicet ille docet,ꝓpter quē in terra omnia creata sunt:& a q̄ omnia per q̄ndā silitudinem aliena nō sunt.Potest etiā omnis creaturæ nomine omnis natio gētiū designari. Ante etem̄ dictum fuerat,in viā gentium ne abieritis:nunc aūt dr̄. Prędicate euāgelium omni creaturę:vt scilicet prius a Iudęa, Apl̄orum repulsa p̄dicatio:tunc nobis in adiutorium fieret:cum hāc illa ad dānatiōis suę testimonium superba repulisset.Sed cum discipl̄os ad p̄dicādum veritas mittit: quid alid in mundo facit,nisi grana seminis spargit : & pauca grana mittit in semine : vt multarum messium fruges recipiat ex nr̄a fide? Neq; em̄ in vniuerso mundo tāta fidelium messis exurgeret:si de manu dn̄i sup rōnalē terrā illa electa grana p̄dicātium nō venissent. Sequitur. Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit:qui vero nō crediderit,condemnabit. Fortasse vnusquisq; apd semetip̄m dicat. Ego iā credidi:saluus ero:verum dicit, si fidem opibus tenet. Vera etem̄ fides est:q̄ in hoc (qđ verbis dicit) opibus nō cōtradicit. Hinc est.qđ de quibusdā falsis fidelibus Paulus ait. Qui cōfitent se nosse deum:factis autem negāt. Hinc Ioānes ait. Qui dicit se nosse deū, & mādata eius non custodit:mēdax est. Qđ cum ita sit,fidei nr̄ę veritatem in vitę nr̄ę cōsideratione debemus agnoscere. Tunc em̄ veraciter fideles sum9, si qđ verbis ꝓmittimus,opibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos āntiqui hostis opibus,atq; omnibus pompis renunciare ꝓmisimus. Itaq; vnusquisq; vr̄m ad cōsiderationem suā mentis ocl̄os reducat:& consideret:si seruat post baptismum, qđ ante baptismum spopondit:certus iam (quia fidelis est) gaudeat. Sed ecce,si qđ ꝓmisit,minime seruauit,si ad exercēda praua opa,ad concupiscendas mundi pōpas dilapsus est, videamus si iā scit plāgere,qđ errauit. Apd misericordem nāq; iudicem,nec ille fallax habebit,qui ad veritatem reuertit,etiā postq̄ mentit,quia omp̄s deus dum libēter nr̄am pœnitentiā suscipit,ipse suo iudicio (hoc qđ errauimus) abscondit. Sequit. Signa aūt eos:qui crediderint,hæc seq̄ntur. In nomine meo dęmonia ejicient:linguis loq̄nt nouis,serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint:non eis nocebit. Sup ęgros manus imponent,& bene habebunt. Nunqd nā fr̄es mei:qa ista signa nō facitis? minime creditis? Sed hec necessaria

Margin notes: j.cor.xv.e. — Homo pōt dici oī creature. — Mat.x.a. — Textus. — Quęsit vera fides. — Ad timo.x. j.Joan.ij.a Joā.iij. — Fideles veracit sūt q opib9 compleūt qō verbis ꝓmittunt.

ria in exordio eccl'iæ fuerunt. Vt em̃ fides cresceret, miracl'is fuerat nutrienda: quia & nos cum arbusta plãtamus, tãdiu eis aquã fundimus, q̊usq; ea in terra iam cõualuisse videamus. At si semel radicẽ in terra fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est em̃ qd' Paulus dicit. Linguę in signũ sunt: nõ fidelib9: sed infidelibus. An habemus de his signis, atq; ꝟtutibus, q̃ adhuc subtilius cõsiderare debemus? Sctã quippe eccl'ia cotidie spũaliter facit, qd' tunc per Apl'os corpaliter faciebat. Nã sacerdotes eis cum per exorcismi grãm manum credentib9 imponunt, & habitare malignos spũs in eorum mẽte cõtradicũt: quid aliud faciunt, nisi dæmonia ejiciunt? Et fideles quiq;, qui iã vitę veteris sc'aria ꝟba derelinquunt: sctã autem mysteria insonãt: conditoris sui laudes & potentiã q̃ntum ꝑualent narrãt: quid alid' faciunt nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortationibus maliciã de alienis cordibus auferunt: serpẽtes tollunt. Et dum pestiferas persuasiones audiunt: sed tñ ad oꝑationẽ prauam minime per trahunt, mortiferum quidem est qd' bibunt, sed nõ eis nocebit. Qui q̃ties ꝓximos suos in bono opere confirmari conspiciunt, dũ eis tota ꝟtute concurrunt, & exemplo suę oꝑatiõis illorum vitã roborant: qui in ꝓpria actione titubãt: quid alid' faciunt, nisi super ęgros manus imponũt: vt bene habeãt? Quę nimirum miracl'a, tãto maiora sunt q̃nto spũalia: tanto maiora sunt: q̃nto per hęc nõ corpora sed animę suscitant. Hęc itaq; signa frẽs charissimi autore Deo si vultis facitis vos. Ex illis em̃ exterioribus signis obtineri vita ad hęc operantibus non valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliq̃n sanctitatẽ, non autẽ faciunt. Hæc ꝟo spũalia q̃ aguntur in mente: ꝟtutem vitę non ostendunt, sed faciunt. Illa hrẽ & mali possunt: istis autem perfrui nisi boni non possunt. Vnde de quibusdam ꝟitas dicit. M'lti dicent mihi in illa die, dñe, dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo dęmonia eiecimus: & in tuo nomine ꝟtutes m'ltas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunq̃ noui vos: discedite a me oẽs qui oꝑamini iniquitatem. Nolite ergo frẽs charissimi amare signa: q̃ possunt cũ reprobis haberi cõmunia: sed hęc q̃ modo diximus charitatis atq; pietatis miracl'a amate: q̃ tanto securiora sunt: quanto & occulta: & de quibus apd' dñm eo maior fit retributio: q̃ apd' homines minor est gl'ia. Sequit'. Et dñs quidẽ Iesus postq; locutus est eis: assumptus est in cęlum & sedet a dextris Dei. In veteri testamẽto cognouimus ꝙ Helias raptus sit in cælum. Sed aliud est cælum aëreum, alid' æthereum. Cęlum quippe aëreum, terre est ꝓximũ, vnde & aues cęli dicimus: quia eas volitare in aëre videmus. In cęlum quippe aëreum Helias subleuatus est: vt in secretam q̃ndam terrę regionem repente duceret', vbi in magna iã carnis & spũs quiete viueret, q̊usq; ad finem mũdi redeat: & mortis debitum soluat. Ille em̃ mortem distulit: nõ euasit: redẽptor autem nr̃: quia non distulit, superauit: eamq; resurgendo consumpsit: & resurrectionis suę gl'iam ascendendo declarauit. Notandum q̊q; ꝙ Helias legit'

Miracula fuerũt i exordio ecclesię necessaria.

i.cor.xiiij.d

Sacerdotes etiã hodie demonia possũt ejcere.

Miracula sanctitatẽ ořdũt: sed nõ faciunt.

Mat.vi.c.

ps.vi.

iiij.regũ.ij.

Celũ est et ethereũ et aereum.

iiij.reg.ii.b

in curru ascendisse:vt videlicet aperte monstraretur,quia prius homo adiutorio egebat alieno.Per angelos quippe illa facta & ostensa sunt adiumenta: :quia nec ad cælum qdem aëreum per se ascendere poterat:quem naturæ suæ infirmitas grauabat. Redemptor aũt nr̃ non curru, nõ angelis subleuat⁹ legit,quia is,q fecerat omnia,nimirũ super omnia vtute ferebat.Illuc etenĩ reuertebat/vbi erat:& inde redibat/vbi remanebat:quia cũ per hũanitatem ascenderet in cælũ:per diuinitatem suam & terram pariter continebat, & cælum.Sicut aũt Ioseph a fratrib⁹ vendit⁹,venditionem redemptoris nr̃i figurauit:sic Enoch translat⁹,atq; ad cælũ aëreũ Helias subleuatus:ascẽsiõem dñicam vterq; designauit.Ascensionis ergo suæ dñs prenũcios & testes habuit: vnũ ante legem:alium sub lege:vt q̃ndoq; veniret ipse q veraciter celos penetrare potuisset.Vnde & ipse ordo in eorum q̃q; vtrorũq; subleuatiõe, per q̃dam incrementa distinguit.Nam Enoch translat9:Helias vero ad cælum subuect⁹ esse memorat:vt veniret postmodũ qui nec translat9 : nec subuectus,cælũ æthereũ sua vtute penetraret. Qui nobis in se credentib⁹:qa carnis q̃q; mũdiciam largiret:& sub eo per incrementa temporũ vtus castitatis excresceret:in ipsa q̃q; eorũ translatione q ascensionem dñicam,vt videlicet famli designauerũt:& in seipso,q ad cælos descendit dñs ostendit. Nam Enoch qdem vxorem & filios habuit : Helias vero neq; vxorem neq; filios legit habuisse.Pensate ergo quomodo per incrementa temporũ creuit mũdicia sanctitatis:qđ & per trãslatos famlos:& per ascendentis dñi personam patenter ostendit.Translat⁹ namq; est Enoch,& per coitũ genitus:& p coitum generans.Raptus est Helias per coitũ genitus,sed nõ per coitũ generãs. Assumptus vero est dñs:neq; per coitũ generans,neq; per coitũ generatus. Considerandũ vero nobis est,qd est qđ Marcus ait. Sedet ad dextris Dei:& Stephanus dicit. Video cælos apertos,& filiũ hoïs stantem a dextris Dei. Quid est,q hũc Marcus sedentem:Stephanus vero stãtem se vidisse testat? Sed scitis charissimi fratres:qa sedere iudicantis est:stare vero pugnantis vel adiuuantis.Quia igit redemptor assumptus in cælũ:& nũc omnia iudicat. & ad extremũ iudex omniũ veniet:hũc post assumptionem Marcus sedere describit:quia post Ascensiõis suæ gl'iam iudex in fine videbit.Stephanus vero hũc in laboris certamine positus stantem vidit:quem adiutorem habuit: qa vt iste in terra persecutorũ infidelitatem vinceret, pillo de cælo illius gr̃a pugnauit.Sequit. Illi autem pfecti predicauerũt vbiq; dño cooperante:& sermonem cõfirmante seq̃ntibus signis. Quid in his cõsiderandũ est:quid memoriæ commendandũ:nisi q p̃ceptum obedientia: obediẽtiã vo signa secuta sunt? Sed quia autore deo breuiter lcõnem euangelicam exponẽdo transcurrimus:restat vt aliquid de ipsa tantæ consideratione solẽnitatis dicamus.Hoc aũt nobis primũ q̃rendũ est:quid nam sit,q nato dño apparuerunt angeli:& tamen non legunt in albis vestibus apparuisse,ascendente aũt

Ge.xxxvij. Gñ.v.d. Ascẽsionis suę dñs p̃nũcios habuit.

Enoch i cęlũ trãslat⁹ vxorẽ & filios habuit

Mar.xvj.d

Actu.vij.g

Redẽptor q̃re ðscribitur sedẽs a marco:quẽ tñ stãtẽ stephan⁹ testatus est.

dño missi angeli in albis vestibus legunt apparuisse. Sic etem̄ scriptum est. Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eū ab oclis eorū. Cūq intuerent in cælū eūtem illum: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis. In albis aūt vestibus, gaudiū & solēnitas mentis ostendit. Quid est ergo, q̄ nato dño non in albis vestibus: ascendente aūt dño in albis vestibus apparēt angeli: nisi q̄ magna tūc solēnitas angelis facta est, cū cælū deus homo penetrauit? Quin nascente dño diuinitas videbat humiliata: ascendente aūt dño est hūilitas exaltata. Albę etem̄ vestes exaltationi magis congruūt q̄ humiliationi. In assumptione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in natiuitate sua apparuit deus humilis, in ascensione sua ostēsus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere fratres charissimi, in hac solēnitate pensandū est: quia deletū est hodierna die chirographū damnationis nostræ, mutata est sententia corruptionis nostræ. Illa em̄ natura (cui dictū est): terra est, & in terram ibis, hodie in cælū iuit. Pro hac ipsa em̄ carnis nostræ subleuatione per figuram btūs Iob dñm vocat. Quia em̄ Ascensionis eius mysteriū Iudæam nō intelligere cōspexit, de infidelitate eius sententiam protulit, dicens. Semitam ignorauit auis. Auis aūt recte appellatus est Dñs, quia corpus carneū ad æthera librauit. Cuius auis semitam ignorauit: quisquis eū ad cælū ascendisse nō credidit. De hac solēnitate per Psalmistam dr̄. Eleuata est magnificētia tua sup cælos. De hac rursus ait. Ascēdit deus in iubilatione: & dñs in voce tubæ. De hac iterū dicit. Ascendēs in altū, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hoībus. Ascendēs quippe in altū captiuā duxit captiuitatem: quia corruptiōem nr̄am v̄tute suæ incorruptiōis absorbuit. Dedit vero dona hoībus: quia misso desup spū, alteri sermonem sapientię, alteri sermōem scientiæ, alteri gr̄am v̄tutum, alteri gr̄am curationū, alteri genera linguarū, alteri interp̄tationē sermonū, tribuit. Dedit ergo dona hoīb⁹. De hac Ascēsionis eius gl̄ia etiam Abacuc ait. Eleuatus est Sol: & Luna stetit in ordine suo. Quis em̄ solis nomine nisi dñs: & q̄ lunæ nomine nisi ecclesia designatur? Quousq em̄ dñs ascēdit ad cęlos: sctā eius ecclesia aduersa mundi omnimodo formidauit. Ad postq̄ eius Ascensione roborata est aperte p̄dicauit: qd' occulte credidit. Eleuatus est ergo Sol: & Luna stetit in ordine suo: quia cum dñs cælum petijt, sancta eius ecclesia in autoritate prædicationis excreuit. Hinc eiusdem ecclesiæ voce per Salomonem dr̄. Ecce hic venit saliens in montibus, transiliens colles. Considerauit namq tantorū operum culmina, & ait. Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram quosdam (vt ita dixerim) saltus fecit. Vultis fratres charissimi ipsos eius saltus cognoscere? De cælo venit in vterum v̄ginis: de vtero uenit in præsepe: de p̄sepio venit in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro redijt in cælū. Ecce vt nos post se currere faceret: q̄sdam p nobis saltus manifestat, per carnē v̄itas dedit: quia & exltauit vt gi

Actuū. i.
Gen. iij.
Iob. xxviij.
p̄s. viij.
ps. xlvi.
ps. lxvij.
Abac. iij.
Canti. ij. b.

Cātico. j.a

gas ad currendam viam: vt nos ei ex corde diceremus, trahe me post te, curremus in odore vnguētorum tuorum. Vnde frēs charissimi oportet vt illuc sequamur corde, vbi eū corpe ascēdisse credimus, desyderia terrena fugiamus, nihil nos delectet in infimis, q prēm habem9 in cęlis. Et hoc nobis magnopē est ppendendū: qui is, q placidus ascendit, terribilis redibit: & quicquid nobis cum mãsuetudine pcepit, hoc a nobis cum districtiōe exiget. Nemo ergo indulta pœnitētię tpē paruipendat: nemo curã sui dum valet agere negligat: quia redemptor nr̄ tn̄ tunc in iudicium districtior veniet, q̄nto nobis ante iudicium magnã patientiam p̄rogauit. Hęc itaq; vobiscum frēs agite: hęc in mente sedula cogitatiōe v̄sate. Quãuis adhuc rerum pturbationibus animus fluctuet: iam tn̄ spei vr̄æ anchoram in æterna pr̄ia figite: intentionem mētis in vera luce solidate. Ecce ad cęlum ascēdisse dn̄m audiuimus: hoc ergo seruemus in meditatione: qd̄ credimus: & si adhuc hic tenemur in infirmitate corpis: sequamur eum tn̄ passibus amoris. Nō aūt deserit desyderiū nr̄m, ipse q dedit Iesus chr̄s dn̄s nr̄. Qui cū eo viuit & regnat in vnitate spūſcti deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ Segmentum ex euangelio Ioannis cap̄. xiij. lr̄a. C. quod canitur die sancto Pentecostes. Historia huius Euãgelij facta est anno chr̄i. xxxiij. nono kl̄s. Apri. fer̄. v. in cœna dn̄i.

Sermonē quē. ꝛc. nō credit Laurē. n tm̄ errorem p̄ucnisse iterp̄tē: vt diceret s̄monē is s̄mo: qꝛ sic est apō grecos: et ipse testat̄ vidisse vetustos codices in ql9 erat s̄mo. paraclet9 substãtiuū est: ꝛ vt iqt laurē. diccdū erat paclet9: pacle t9 aūt spūs sctūs ne iūgerēt duo substãtiua



N illo tempore. Dixit dn̄s Iesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonē meū seruabit: & pr̄ meus diliget eū: & ad eum veniemus: & mãsiōem apd̄ eum faciemus. Qui nō diligit me: sermōes meos nō seruat. Et sermonem quē audistis nō est meus: sed eius, q misit me pr̄is. Hęc locutus sum vobis apd̄ vos manēs: paracletus aūt spūſctūs quem mittet pr̄ in nomine meo, ille vos docebit omnia: & suggeret vobis omnia q̄cunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Non turbet̄ cor vr̄m, neq; formidet. Audistis qa ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq;: qa vado ad patrē: qa pr̄ maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iã non multa loquar vobiscum. Venit em̄ princeps mundi huius: & in me non habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus, qa diligo prēm: & sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio.

¶ Homilia beati Gregorij papæ de eadem lcōne. Habita ad populum in Basilica sancti Petri Apostoli, die sancto Pentecostes.

Libet fratres charissimi euangelicæ verba lectionis sub breuitate transcurrere: vt post diutius liceat, in contemplatione tantæ solẽnitatis immorari. Hodie nãq; spũssanctus repentino sonitu super discipulos venit: mentesq; carnalium, in sui amorem permutauit. Et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda inflammãtia: quia dum deum in ignis visione susceperũt: per amorem suauiter arserunt. Ipse nãq; spũssanctus amor est. Vnde & Ioannes dicit. Deus charitas est. Qui ergo mente integra deum desyderat: profecto iam habet, quem amat. Neq; em̃ quisq; posset deum diligere: si eum, quẽ diligit, nõ haberet. Sed ecce si vnusqsq; nr̃m requirat: an diligat deũ: tota fiducia, & secura mẽte, respondet: diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid veritas dixit. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio ergo dilectionis: exhibitio est operis. hinc in ep̃la sua idem Ioannes dicit. Qui dicit diligo deum: & mandata eius non custodit, mendax est. Vere em̃ diligim9, si ad mandata eius a nr̃is nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc p illicita desyderia diffluit: profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. Et pr̃ meus diliget eum: & ad eum veniemus: mansionem apud eum faciemus. Pensate fr̃es charissimi quanta sit ista solẽnitas, habere in cordis hospitio aduentum dei. Certe si domum nr̃am quisq; diues, aut p̃potens amicus intraret: omni festinantia domus tota mundaret, ne quid fortasse esset, qd' ocl'os amici intrãtis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis, qui deo p̃parat domum mẽtis. Sed videte quid veritas dicat. Veniemus & mãsionem apd' eum faciemus. In q̃rundam etem̃ corda venit: & mãsionem non facit: quia per compunctiõem q̃dem dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ip̃m, q̃ compuncti fuerãt: obliuiscuntur. Sicq; ad p̃petranda pc̃tã redeunt: ac si hæc minime plãxissent. Qui ergo deum v̾e diligit: q eius mãdata custodit: in eius corde dñs & venit & mãsionem facit: quia sic eum diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore tentationis tp̃e nõ recedat. Ille ergo v̾e amat: cuius videlicet mentẽ delectatio praua ex cõsensu non sup̃at. Nam tãto quisq; a sup̃no amore disiungit', q̃nto inferius delectat'. Vnde & adhuc subdit. Qui nõ diligit me, sermones meos nõ seruat. Ad vosmetip̃os ergo fr̃es charissimi, introrsus redite: si deũ v̾e amatis, exquirite. Nec tñ sibi aliquis credat: quicquid sibi animus sine opis attestatiõe respõderit. de dilectiõe cõditoris lingua mẽs & vita requirantur. Nunq; est dei amor ociosus. Op̃at em̃ magna si est, si v̾o op̃ari renuit: amor non est. Et sermonẽ, quẽ audistis, nõ est meus, sed eius qui misit me pr̃is. Scitis fr̃es charissimi, quia ipse qui loquit' vnigenitus filius v̾bum pr̃is est: & quia a seipso nõ loquit'. Ideo sermonẽ loquit' filius: nõ est filij, sed patris, quia

p̃cipue q̃z apd' grecos neutrũ est: & ẽ peculiare nomẽ sãcti spũs hz q; accẽtũ i ãtepenultima ꝯtra regulas Latinitatis: q̃z penultima est longa: erat q; scribẽdũ p.e. paracletus. q̃z p.i. significat aliud: s̃z tñ p.i. cõit' scribitur a doctorib9: vt ego in expositiõe hymnorum dixi. Nec ẽt grece q̃ cũq; dixero vobis: s̃z q̃ dixi vobis: q̃z aduẽtante obitu: nõ locuturus erat cũ Ap̃lis multa.

Amor Dei nunq̃ est ociosus.

ipse filius verbum est patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens: Quando non maneret apud eos? qui ascensurus cęlum, pmittit dicẽs. Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cõsumationem scli. Sed verbũ incarnatum & manet & recedit. Recedit corpore: manet diuinitate. Apđ eos ergo tunc se mansisse perhibet: quia is, qui inuisibili semper potestate præsens erat: corporali iam visione recedebat. Paracletus autem spũsanctus, quem mittet pr̃ in nomine meo: ille vos docebit omnia: & suggeret vobis omnia q̃cunq; dixero vobis. Nostis plurimum frẽs mei, q̃ græca locutione paracletus: latine aduocatus dr̃, vel consolator. Qui idcirco aduocatus dr̃: q̃a p errore delinq̃ntium apđ iusticiam pr̃is interuenit. Qui vnius substantiæ cum pr̃e & filio exorare p delinq̃ntibus perhibet: quia eos, q̊s repleuerit exorantes facit. Vnde & Paulus dicit. Ipse em̃ spũs postulat p vobis gemitibus inenarrabilib9. Sed diceret qs. Minor est q postulat, q̃ q postulat: quõ ergo spũs postulare dr̃: q minor nõ est? Sed ipe spũs postulat: quia ad postulandũ eos, q̊s repleuerit, inflammat. Cõsolator autem idem spũs vocat: quia de pcti perpetratiõe merẽtibus dum spem veniæ p̃parat, ab afflictione tristiciæ mẽtem leuat. De q̊ recte pmittit. Ipse vos docebit omnia. Quia nisi idem spũs cordi adsit audiẽtis: ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docẽti homini tribuat, qđ ex ore docẽtis intelligit. Quia nisi intus sit, qui doceat: doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce vnam loq̃ntis vocem oẽs pariter auditis: nec tñ pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cum ergo vox dispar nõ sit: cur in cordibus vr̃is dispar est vocis intelligẽtia? nisi quia per hoc, qđ vox loq̃ntis communiter admonet, est magister interior: qui de vocis intelligẽtia q̊sdam specialr̃ docet. De hac vnctione spũs, rursus p Ioannẽ dr̃. Sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruit, qñ mens per spm̃ non vngit. Sed cur ista de doctrina hominum loqmur, qñ ipse cõditor nõ ad eruditiõem hominis loquit: si eidem homini p vnctionem spũs nõ loq̃tur? Certe Cain priusq; fratricidium ope pperraret: audiuit, peccasti, quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus voce est admonitus, nõ vnctione: audire v̾ba dei potuit: sed seruare cõtẽpsit. Requirẽdum v̾o nobis est: cur de eodem spũ dicat suggeret vobis omnia: cum suggerere soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliq̃n dicim9 subministrare: inuisibilis spũs suggerere dr̃: nõ q̃ nobis sciẽtiam ab imo inferat: sed ab occulto. Pacem relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Hic relinquo: illic do. Seq̃ntibus relinquo: peruenientibus do.

Mat. xxviij

Rom. viij.

Spũsctũs vocat cõsolator.

Doctor̃ lingua in vacuum laborat nisi intus sit q̃ doceat.

j. Ioã. ij. d.

Gen. iiij. b

¶ Segmentum ex euangelio Ioannis. cap̃. iij. lr̃a. A quod canitur dñica in Trinitate. Historia facta est anno Christi xxxj. xvj. kl̃as Maij. fer. iiij.

I Nillo tpe. Erat homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Iudęorũ. Hic venit ad Iesum nocte: & dixit ei. Rabbi, scim9 quia a deo venisti magister. Nemo em̃ potest hęc signa facere quæ tu facis: nisi fuerit de9 cum eo. Respõdit Iesus & dixit ei. Amẽ amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo: non potest videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodem9. Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem mr̃is suæ iterato introire: & renasci? Respõdit Iesus. Amẽ amen dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aq̃ & spũ sctõ: nõ potest introire in regnum dei. Qd' natum est ex carne: caro est. Et qd' natum est ex spũ: spũs est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat: & vocẽ eius audis, sed nescis vnde veniat, aut q̃ vadat. Sic est oĩs q nat9 est ex spũ. Respõdit Nicodemus: & dixit. Q ũo possunt hęc fieri? Respõdit Iesus: & dixit ei. Tu es magister in Israel & hęc ignoras? Amẽ amen dico tibi: quia qd' scimus, loquimur: & qd' vidim9, testamur: & testimoniũ nr̃m non accipitis. Si terrena dixi vobis: & nõ creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum: nisi qui descẽdit de cælo: filius hominis q est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vt omnis qui credit in ipm non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic em̃ deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam æternam. Et reliqua.

Nisi qs renat9 fuerit: Lau: ẽti9 tã grecoꝝ rõnẽ secut9 ꝙ vbi naturã dicit: si qs gẽit9 fuerit et qũo põt hõ gigni: et ita deinceps Item spũs qũo vult spirat: & tu es magist isrl': & non in isrl'.

Homilia venerabilis Bedæ presbyteri.

S Icut ex lectione sancti euãgelij fratres charissimi audistis: princeps Iudęorũ venit ad dñm nocte, cupiẽs secreta ei9 allocutiõe pleni9 discere mysteria fidei, cuius apta ostẽtiõe signorũ aliq̃ten9 iam rudimẽta pcepe rat. Qui qm̃ prudẽter ea q̃ ab illo fieri videbat intelligere: curauit: sublimiter ea, q̃ ab illo q̃rebat, inuestigare ꝓmeruit. Rabbi (inqt) scimus: qa a deo venisti magister. Nemo em̃ põt hęc signa facere, q̃ tu facis, nisi de9 fuerit cũ eo. Adeo igit Iesum venisse ad magisteriũ cęleste mundo adhibẽdũ cõfessus est: deũ cũ illo fuisse miraclis ꝓdẽtib9 intellexit: necdũ tñ ipm deũ esse cognouit. Sed qa quẽ magistrũ nouerat ṽitatis studio docẽd9 adijt: merito ad agnitionẽ diuinitatis ei9 pfecte doct9 subijt: merito vtriusq; natiuitatis ei9 diuinę scilicet & hũanę: sed & passiõis atq; ascẽsiõis ipsi9 arcana pcepit, necnõ etiã modum scdæ gñationis & ingressum regni cælestis, aliaq;

perplura doctrinæ euangelicæ sacramenta, dño reuelante, didicit. Respondit etem̃ Iesus & dixit ei. Amen amẽ dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo: non potest videre regnũ Dei. Quæ sentẽtia tanto apertius cũctis fidelibus lucet, q̃nto cõstat: quia sine huius luce fideles esse neq̃unt. Quis etem̃ sine lauacro regeneratiõis remissiõem pctõrum consequi, & regnũ valet intrare cælorũ? Sed Nicodemus: qui nocte venit ad dñm: necdũ lucis mysteria cape noue-rat. Nam & nox, in q̃ venit ipsam eius (q̃ p̃mebat) ignorãtiã designat. Nec-dum em̃ eorum numero sociatus erat: q̃bus ait Apl̃s. Fuistis aliq̃n tenebræ, nunc autem lux in dño: sed inter eos potius remanebat: quibus loquitur Esaias. Surge, illuminare Ierl̃m, quia venit lumẽ tuum: & gl̃ia dñi sup te orta est. Respondit ergo dño: & ait. Quomodo potest homo nasci cum sit se-nex? Nunquid potest in ventrẽ m̃ris suæ iterato introire, & renasci? Quia em̃ secundæ natiuitatis adhuc nescius, perseuerabat, de salute autem sua iam sollicitus, extiterat: necessario de vna, quã nouerat natiuitate, an possit itera-ri: vel q̃ ordine regeneratio posset impleri: q̃rebat. ne huius exps remanẽdo, vitæ cælestis particeps esse nequiret. Notãdum aũt quia qđ de carnali dixit: hoc etiam de spiritali est gñatiõe sentiendum: nequaq̃ videlicet eã postq̃ se-mel expleta fuerit: posse repeti. Siue em̃ hereticus, siue schismaticus, siue faci-norosus quisq̃ in cõfessione sanctæ Trinitatis baptizet: non valet ille, qui ita baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari: ne cõfessio vel inuocatio tanti nõis videat̃ annullari. Et quia Nicodemus, ad primam dñi respõsiõem solli-citus, q̃modo sit intelligenda diligẽter inquirit: meret̃ iam plenius instrui, & quia scđa natiuitas: nõ carnalis: sed spiritalis est, meret̃ audire. Rñdit nãq̃ illi Iesus. Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aq̃ & spũ sctõ: non põt introire in regnũ dei. Cuius natiuitatis modũ subseq̃nter exponẽs: p̃rsusq̃ a carnali distinguẽs, ait. Qđ natum est ex carne, caro est: & qđ natum est ex spũ, spũs est. Natura spũs inuisibilis, carnis visibilis est: atq̃ ideo carna-lis gñatio visibiliter administrat̃ visibilibus incremẽtis: q in carne nascit̃: per ætatum momẽta p̃ficit: spiritalis aũt gñatio tota inuisibiliter agit̃. Nam vi-detur q̃dem baptizãdus in fontem descendere: videt̃ aquis intingi, videt̃ de aquis ascẽdere. quid aũt in illo lauacrum regeneratiõis egerit, minime potest videri. Sola hoc fidelium pietas nouit: q̃a peccator in fontem descẽdit: sed pu-rificatus ascendit, filius mortis descendit, & filius resurrectionis ascendit, filius p̃uaricatiõis descẽdit: sed filius recõciliatiõis ascẽdit: filius iræ descendit, sed filius misericordiæ ascẽdit: filius diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Sola hæc ecclesia m̃r, quæ generat, nouit. Cæterum ocl̃is insipientium videt̃ talis exire de fonte q̃lis intrauit: totumq̃ ludus esse. qđ agit̃. Vnde in fine vi-dentes gl̃iam sctõrum. dicent gementes in tormentis. Hi sunt q̃s aliquando habuimus in derisum: & in sĩltudinem improperij. Quomodo ergo com-putati sunt inter filios dei? Et ap̃lus Ioannes. Charissimi (inquit) nunc filii dei

Sine baptismate nemo accipiet remissionẽ pctõꝝ.

Ephe. v. c.

Esaię. lx. a.

Baptism⁹ a q̃cunq̃ fiat nõ valet reiterari.

Spũs & carnis diuersa natura.

Sola fideliũ pietas nouit effectũ baptismatis.

Sapiẽ. v. a

i. Joan. iij.

sumus: & nondum apparuit quid erimus. Quod ergo natũ est ex spũ, spũs est: quia, qui ex aqua & spũ regeneratur, inuisibiliter nouum hoiem mutat: & de carnali efficitur spiritalis. Qui ideo recte non solum spiritalis, sed etiã spũs vocatur: quia sicut substantia spũs inuisibilis est nr̃is aspectibus: ita is, qui per grãm dei renouat, inuisibiliter fit spũalis, & dei filius, cum visibiliter omnibus caro & filius hois appareat. Sequit. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat, & vocẽ eius audis: sed nõ scis vnde veniat, aut q̊ vadat. Sic est omnis, qui natus est ex spũ. Spũs vbi vult spirat: quia ipse habet in potestate, cuius cor grã suæ visionis illustret. Et vocem eius audis: cum te p̃sente loquit is: qui spũ sc̃tõ repletus est. Sed non scis vnde veniat, & q̊ vadat: quia etiam si te p̃sente quempiã spũs ad horam impleuerit: nõ potes videre quomodo eũ intrauerit: vel quomodo redierit, qui natura est inuisibilis. Sic est oĩs qui natus est spũ. Et ipse em̃ (inuisibiliter agẽte spũ) incipit esse, qđ nõ erat: ita vt infideles nesciãt, vnde veniat, aut quo vadat. idest quia a grã regenerationis, venit in adoptionẽ filiorũ dei: & vadit in pceptionem regni cælestis. Quęrẽte autem adhuc Nicodemo qũo possent hæc fieri: subiũxit dñs, dicẽs. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Non q̃si insultare volẽs ei qui magister vocet, cum sit ignarus sacramẽtorũ cælestiũ: sed ad humilitatis illũ viam ꝓuocãs, sine q̃ ianua cælestis nõ potest inueniri. Amẽ amẽ dico tibi, quia qđ scimus loqmur: & qđ vidimus testamur, & testimoniũ nr̃m nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis, qũo si dixero vobis cælestia credetis? Terrena illis dixit, vt in superiori lectione inuenim9: cũ de passiõe ac resurrectiõe sui corpis, qđ de terra assumpserat, loq̃ret, dicens. Soluite templũ hoc: & in trib9 dieb9 excitabo illđ. Nõ tñ credebant, qđ dixit: sed ne hoc qdem intelligere valebãt: quia nõ de alio, q̃ de templo corpis sui diceret. Qui ergo terrena audientes non capiebant, q̃nto minus ad cælestia. idest diuinæ regeneratiõis capienda mysteria sufficiunt? Addit aũt adhuc dñs: & de cælestibus sacramentis & de terrenis instruere eum: quẽ vidit sapienter ac diligẽter his, quę audit, intẽdere. Cælestis namq; ascẽsio eius ad vitã sempiternã: terrena vo exaltatio eius ad mortem temporalem. Dicit ergo de cælestibus. Et nemo ascendit in cęlum, nisi qui de cælo descẽdit: filius hoĩs qui est in cælo. Subiungit vero de terrenis. Et sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Merito autem q̃ritur, quomodo dicatur filius hois, vel descendisse de cælo: vel eo tempore q̊, hæc loq̃batur in terra, iam fuisse in cælo. Nota est nãq; confessio fidei catholicæ, quia descendens de cælo filius dei, filium hois in vtero vginali suscepit. eumq; completa dispensatione passionis suæ, resuscitauit a mortuis, & assumpsit in cælum. Non ergo caro Chr̃i descendit de cælo, neq; ante tempus Ascẽsiõis erat in cælo. Et q̃ ratione dr̃: nisi q descẽdit de cælo filius hoĩs, q est in cælo, nisi qa vna Chr̃i ꝑsona est in duab9 existẽs

Joã. iij. d

Te... us.

naturis? Atq; ideo filius hominis recte dicit, & descendisse de cælo:& ante passiōem fuisse in cælo:quia qd' in sua natura hre nō potuit:hoc in filio dei a q̄ assumptus est,habuit:sicut ꝓpter eādem vnius Chri psonam,q̄ ex duobus extat naturis. Aplus ait. Vos spūsctūs posuit epos regere ecclīam Dei quam acquisiuit sanguine suo. Neq; em̄ deus in sua substātia:sed in homine assumpto,sanguinem,quem ꝓ ecclia funderet habuit. Hinc etiam Psalmista dicit. Ascēdit de9 in iubilatiōe. Quomodo em̄ deus nisi in homine ascenderet:qui in suæ natura magestatis semp vbiq; p̄sens adest? Sed & hoc q̄rendum quomodo dictum sit:& nemo ascēdit in cælum,nisi qui descendit de cælo,cum omnes electi veraciter cōfidant ascēsuros se in cælum, ꝓmittente sibi dn̄o:quia vbi ego sum illic & minister meus erit. Cuius tn̄ nondum q̄stionis apertissima ratio soluit:quia videlicet mediator dei & hominum homo Chrs Iesus:electorum omnium caput est. Itemq; omnis electi eiusdemq; capitis membra sunt:dicēte aplo. Et ipm dedit caput supra oēm ecclīam. Et rursum. Vos em̄ estis corpus chri:& mēbra de mēbro. Nemo ergo ascēdit in cælum,nisi qui descēdit de cælo,filius hominis qui est in cælo. Quod est apte dicere. Nemo ascendit in cælum, nisi chrs in corpe suo:qd' est ecclia: q in seipso quidem primum cernētib9 aplis eminentiorib9 nimirum mēbris suis ascēdit:& exinde in membris cotidie ascendēs se colligit in cælum. Hinc est em̄ q ipm corpus eius inter aduersa p̄sentis scli dephensum gliat; & dicit. Nūc autem exaltauit caput meum sup inimicos meos. Ac si apte dicat. Qui occisum a Iudæis Chrm:caput videlicet meum suscitauit a mortuis, ac frustratis omnibus inimicorum insidijs subleuauit in cælum:spero q me etiam de p̄sentibus pericl'is eruens,meo capiti iungat in regno. Quia ergo nemo ascēdit in cælum:nisi qui descēdit de cælo:quisquis in cælum ascēdere desyderat:ei qui descēdit de cælo & est in cælo,se vera fidei dilectionisq; vnitate cōiungat:apte intelligēs:quia nullo alio ordine nisi p eum qui descendit de cælo,potest ascēdere in cælum, Vnde alias ipse dicit. Nemo venit ad patrem nisi p me. Hæc ideo Nicodemo:ideo cūctis dr̄ cathecuminis:vt discāt eis membris renascēdo incorporari:p quem possunt ascēdere in regnū Dei. Et quia ascēsio vel ingressus regni cælorum fieri non potest absq; fidei & sacramentis dn̄icæ passiōis:recte subinfert. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto:ita exaltari oportet filiū hominis:vt omnis qui credit in ipm nō pereat,sed habeat vitam æternam. Mira magisterij cælestis arte dn̄s magistrum legis Mosaicæ ad spūalem legis eiusdem sensum inducit recordans historiæ veteris, & hāc in figuram suæ passiōis atq; humanæ saluatiōis factam edisserēs. Narrauit quippe liber Numerorū: quia pcussus in heremo ppl's Isrl' itineris lōgi ac laboris, tædio murmurauerūt cōtra Dn̄m & Moysen:ideoq; dn̄s immisit in illum ignitos serpētes, ad q̄rum plagas, mortesq; plurimorū cum clamarēt ad Moysen, & ipse oraret ꝓ eis: iussit eum facere

Marginalia: Ps. xlvj. — Xps electoꝝ caput est. — Ephe. i. d. — i. cor. xij. d. — Corp9 xpi est ecclesia — Ps. xxxvj. — Jož. xiiij. — Nu̇e. xxi. a.

serpentem æneum & ponere ꝑ signo: qui ꝑcussus (inquit) aspexerit in eum, viuet. Et ita factũ est. Plagæ igit serpẽtium ignitorũ venena sunt incẽtiua vitiorum: q̃ animã, quã tangũt, spũali morte perimũt. Et bñ murmurãs cõtra dñm pp̃ls serpẽtiũ morsibus stẽdebat: vt ex ordine flagelli exterioris agnosceret q̃ntam intus ꝑniciem murmurãdo pateret. Exaltatio aũt serpẽtis ænei, quẽ dum ꝑcussi aspicerẽt, sanabant, passio nr̃i redẽptoris est in cruce: in cuius solum fidei, regnũ mortis & peccati superat. Recte etẽ ꝑ serpẽtes pctã, q̃ animã simul & corpus ad interitũ trahunt, exprimunt: nõ solũ quia igniti, quia virulẽti: quia ad perimẽdum sunt astuti, verũ etiã quia ꝑ serpẽtẽ, primi parẽtes nr̃i, ad peccãdũ ꝑsuasi, ac de immortalibus, sunt peccando martales effecti. Recte ꝑ serpentẽ æneũ dñs ostendit: quia venit in silitudinẽ carnis peccati, quia sicut æneus serpẽs effigiem quidem ignitis serpẽtibus similem, sed nullum ꝓrsus in suis membris habuit ardorem veneni nocentis: quin potius percussos a serpentibus, sua exaltatione sanabat. Sic nimirũ, sic redẽptor humani gñis nõ carnem peccati, sed similitudinem induit carnis peccati: in q̃ mortem crucis patiendo, credentes in se ab omni peccato, & ab ipsa etiam morte liberaret. Sicut ergo Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, ita (inquit) oportet exaltari filium hominis: quia sicut illi qui exaltatum ꝓ signo serpentem æneum aspiciebãt, sanabant ad tempus corꝑali morte & plaga, quam serpentium morsus intulerat: ita & qui mysterium dñicæ passiõis: credendo, cõfitendo, synceriter imitãdo aspiciũt, saluant in ꝑpetuum ab omni morte, quam peccãdo in animo pariter & carne cõtraxerãt. Vnde recte subiungit. Vt omnis qui credit in ipso, nõ pereat, sed habeat vitã æternam. Cuius quidem ṽbi patet sensus: quia qui credit in Chr̃m, nõ solum ꝑditionem euadit pœnarum, sed & vitam percipit æternam. Et hoc inter figuram distat & veritatem: quia ꝑ illam vita ꝓtelabat corꝑis, ꝑ hanc vita dat sine fine mãsura. Sed curandum solerter est, vt qd intellectus bñ sentit, opatio cõdigna perficiat: q̃tenus confessio recte nr̃æ fidei, pie, & sobrie cõseruando, ad ꝑceptiõem ꝓmissæ nobis vitę mereret attingere. Verũ quia, hæc de filio hoĩs dñr qui exaltari in cruce & mortẽ potuit pati: ne putaret Nicodemus filiũ tm̃ hominis esse eum, a q̃ vita esset expectãda ꝑpetua, curauit ei dñs etiam diuinitatis suæ patefacere sacr̃m: vnumq; & eũdem filium dei & filium hominis mũdi ostẽdere saluatorem. Nam sequit. Sic eñ deus dilexit mũdum, vt filium suũ vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum nõ ꝑeat, sed habeat vitã æternam. Vnde notãdũ, ꝙ eadẽ de filio dei vnigenito replicat, q̃ de filio hominis in cruce exaltato p̃miserat, dicens. Vt omnis qui credit in eum, nõ pereat sed habeat vitã æternã: quia ꝓfecto idem redemptor noster filius dei ante sæcula existens, filius hominis factus est in fine sclorum, vt qui ꝑ diuinitatis suę potentiam nos creauerat ad ꝑfruendam vitæ btitudinem perẽnis, ipse ꝑ fragilitatem humanitatis nr̃æ, nos restauraret ad recipiendã quã ꝑdidimus vitã.

Exaltatio spẽtis ænei passio cĩ xp̃i per spẽtes qd vsignat

Xp̃s in silitudine carnis pcti, sꝫ nõ in pcto venit.

Quid int figurã & ṽitatẽ distat.

Vnde nobis satagendum est fratres charissimi: vt diuinis beneficijs vicem rependentes: diligamus toto corde, tota anima, tota v̄rtute, deum p̄rem: qui nos tāto amore prior dilexit: vt ꝓprio filio suo nō parceret: sed ꝑ nobis oībus traderet illum. Diligamus ip̄m filium: qui cum in forma dei esset nostrę libertatis & vitę grā, formā serui accepit: factusq; est obediēs vsq; ad mortē, mortem autem crucis. Et sicut de eo dicit Ioannes Apl's. Qui dilexit nos: & lauit nos a peccatis nr̄is, in sanguine suo. Diligamus sc̄tm̄ eiusdem patris & filij sp̄m, in cuius vnctione signati sumus in die redemptionis, qui vbi vult spirat, & vbicunq; spirat, cōtinuo flammam eiusdem diuinæ dilectiōis accēdit. Credamus ip̄m p̄rem & filium & sp̄m sc̄tm̄, vnum esse deū, & dn̄m nostrum, ac debitis laudibus exaltemus nomē eius inuicē, cui est glia, impium & potestas, ante sæcula sæculorum. Amen.

Phil. ij. b.

Apoca. j. b.

Mēdic⁹ penultimā acuit.

Mortu⁹ āutē diues. in Greco est mortu⁹: est aūt ꝛ diues sepl'tusq; ꝛ in inferno, eleuās ocu los suos ꝛc Itē fili recordare: qꝛ accepisti tu bōa tua in vita tua. Itē in his oib⁹ ꝛc: sic trāsferēdū dicit laurēti⁹. Et sup hec oia int nos et vos vorago magna firmata est vt hi qui volunt trāsire hic ad vos, nō possint, neq; q̇ istinc ad nostrā̄ s fretēt: quia chaos non legit grece

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ cap̄. xvj. lr̄a. E. quod canitur dn̄ica. j. post Trinitatem.

IN illo tempore. Dixit dn̄s Iesus discip̄lis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues: qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraæ. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraam a longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit. Pater Abraam, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digitum in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraam. Fili recordare: quia recepisti bona in vita tua: & Lazarus sili mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos, chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te p̄r: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo em̄ quinq; fratres: vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraam. Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraam: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: pœnitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen & Prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexit, credent. Et reliqua.

¶ Homilia bti Gregorij papę de eadē lcōne. Habita ad pplm in basilica sancti Laurentij martyris, dñica.j. post pascha.

IN verbis sacri eloquij fres charissimi, prius seruanda est vitas historiæ: & postmodum requirenda spūalis intelligentiæ allegoria. Tunc nāq; allegoriæ fructus suauiter capit: cum prius per historiam veritatis radice solidat. Sed quia nonnunq; allegoria fidem ædificat: & historia mortalitatem, nos quia autore Deo iā fidelibus loquimur: non ab re credimus, si ipm loqndi ordinem postponamus: q̄tenus, qui fidem iam firmam tenetis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis, & qd vobis de mortalitate historię valde est necessarium, hoc in expositionis recoli, quæ contingit postmodum audire. Sensus ergo allegoricos sub breuitate trāscurrimus: vt ad mortalitatis latitudinem citius venire valeamus. Homo qdā erat diues qui induebat purpura & bysso: & epulabat cotidie splendide.

Fides edificat p allegoriam.

Quem fres charissimi, quem diues iste: qui induebat purpura & bysso, & epulabat cotidie splendide: nisi Iudaicum pplm designat? qui cultum vitę exterius habuit, qui acceptæ legis delitijs ad nitorem vsus est, non ad vtilitatem. Quem vo Lazarus vlceribus plenus: nisi gentilem pplum figuraliter exprimit? qui dum cōuersus ad dnm peccata sua confiteri non erubuit: huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahit & foras erumpit. Quid est ergo pctōrum confessio, nisi q̄dam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperit in confessiōe, qd pestifere latebat in mēte. Vulnera etem̄ cutis in superficiem trahunt humorem putredinis: Et confitendo pctā quid alid agimus, nisi malum qd in nobis latebat: aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis q̄ cadebant de mēsa diuitis, & nemo illi dabat: quia gētilem quemq; ad cognitiōem legis admittere superbus ille ppls despiciebat. Qui dum doctrinam legis nō ad charitatem habuit, sed ad elationem, q̄si de acceptis operibus tumuit. Et quia ei verba defluebant de scientia, q̄si micæ cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunq; solent in sacro eloquio per canes p̄dicatores intelligi, Canum etem̄ lingua vulnus dum lingit, curat: quia doctores sancti in confessione peccati nostri nos instruunt, q̄si vulnus mentis p linguam tangunt. Et quia nos loqndo a peccatis eripiunt, q̄si tangendo uulnera ad salutem reducunt. Quia em̄ canum nomine prędicatorum lingua signatur, dum per Psalmistam dr. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex iudæis quippe infidelibus sancti p̄dicatores electi sunt: qui in assertione veritatis contra fures latronesq; venientes, magnos pro dño (vt ita dicā) latratus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dr. Canes

Diues malus iudaicū pplm representat.

Cōfessio aperit vuln peccati.

Predicatores dr canes. ps.lxvij.

Esaie.lvj. Jacobi. v. Lazarus adiutus interpretatur. muti non valentes latrare. Quia ergo predicatores sancti peccata damnant confessionem vero pctorum approbant/dicentes. Confitemini alterutrum pctã vestra: & orate pro inuicem vt saluemini, vlcera Lazari canes lingunt. Sancti etem doctores dum gentilium confessiones accipiunt/mentium vulnera saluti restituunt. Vnde & bene Lazarus interpretatur adiutus: qa & ipsi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius vulnera per linguae correptionem curant. Potest etiam per linctionem canum lata adulantium lingua signari. Adulantibus etem vulnera nostra lingere est: qui plærumque solent etiam ipsa mala: quae nos in nobis rephendimus: improbo feruore laudare. Contingit vero vt vterque moreretur, diues, qui induebatur purpura & bysso, sepultus in inferno: in sinu vero Abrahae, Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahe sinus/nisi secretam requiem significat patrum? de qua veritas dicit. Multi venient & recumbent cum Abraam/Isaac/& Iacob in regno caelorum: filij autem regni ejcientur in tenebras exteriores. Qui enim purpura indutus dicitur: regni recte filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos leuat: quia dum per damnationis suae supplicium infideles in imo sunt: fideles quosque ante diem extremi iudicij/super se in requiem attendunt: quorum post gaudia contemplari, nullatenus possunt. longe vero est quod conspiciunt: quia illuc per meritum attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur: cum dicit. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quae opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebat: vbi se ostendit scire, quod facere noluit. Quapropter bene de doctis & negligentibus per Salomonem dicitur. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur: quia quisquis ad hoc solummodo laborat/vt sciat, quid loquatur debeat: ab ipsa refectione scientiae suae mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desyderat, quia eternis supplicijs datus/optat operatione iustorum vel vltima participari. Cui respondetur/quod in hac vita bona receperit: quia omne suum gaudium foelicitatem transitoriam putauit. Habere hic etem possunt & iusti bona, nec tamen haec in recompensatione recipere: qa dum meliora: idest eterna appetunt, eorum iudicio quaelibet bona affuerint, cum sanctis desyderijs aestuant/bona minime videntur. Vnde Dauid qui regni diuitijs multis multorumque obsequijs fulciebatur: quamuis & haec ad necessitatem bona esse conspiceret, vni tamen singulariter bono inhiantem aestimabat/dicens. Mihi autem adherere deo bonum est. Inter haec vero notandum est: quod ei dicitur: memento fili. Ecce enim Abraam filium vocat: quem tamen a tormento non liberat, quoniam huius populi precedentes patres fideles: quia multos a sua fide deuiantes consyderant/eos nulla compassione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus/quinque fratres habere se perhibet: quia superbus idem iudaicus populus qui ex magna iam parte damnatus est/sequaces suos quos super terram reliquit/quinque libri Moysi carnaliter intellectus/vel quinque sensibus

Adulatores significantur per canes lingentes.

Mat. viij. b

Lingua mali diuitis quare dicitur plus ardere celeris membris.

Eccli. vj. c.

Ps. lxxij

Diues malus dicitur habuisse quinque fratres.

corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat: exprimit: quia eos ad spūalem intelligentiam non assurgere in inferno positus gemit: petit vt ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen & prophetas habeant dr̃, sed ait: quia non credunt nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui ꝓtinus respondet. Si Moysen & Prophetas non audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent ei. Certe de Moyse veritas dicit. Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi. De me em̃ ille scripsit. Impletur ergo qd' per Abrahæ responsionem dr̃. Ex mortuis em̃ dñs resurrexit, sed Iudaicus ppl's qa Moysi credere noluit: ei etiam qui resurrexit credere contempsit. Cūq; Moysi verba spūaliter intelligere contēpsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit. Hæc nos fratres charissimi pro indagandis allegoriæ mysterijs succinctæ transcurrisse sufficiat: nunc ad intuendam latius rei gestæ mortalitatem animus recurrat. Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur cotidie splendide: & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuam diuitis vlceribus plenus. Nonnulli putant p̃cepta veteris testamēti districtiora esse q̄ noui: sed hi nimirū improuida cōsyderatiōe fallunt̃. In illo em̃ non tenacia sed rapina mulctat̃. Ibi res iniuste sublata q̄druplíciter punit̃: hic autem diues iste non abstulisse aliena: rep̃henditur: sed ꝓpria nō dedisse. Nec dr̃: quia vi quempiam opp̄ssit sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc summopere colligendum est, qua pœna mulctādus sit: qui aliena dirupit, si inferni damnatiōe percutit̃: qui propria non largit̃. Nemo itaq; securum se æstimet, dicēs. Ecce aliena nō rapio, sed cōcessis licite reb⁹ fruor, quia diues iste non idcirco punitus est, qm̃ aliena abstulit: sed q̄a acceptis rebus semetip̄m male reliquit. Hoc q̄q; fuit qd' hunc inferno tradidit: quia in sua fœlicitate tumidus fuit, quia percepta dona ad vsum arrogātię inflexit: quia viscera pietatis ignorauit: quia pc̄tā sua redimere etiam cū sibi abundaret p̃cium, noluit. Et sunt nōnulli qui cultum subtiliū p̃ciosarumq; vestium non putāt esse pc̄m̃. Qd' si videlicet culpa non esset, nequaq; sermo dei tam vigilāter exprimeret. q̄ diues qui torq̄tur apd' inferos, bysso, & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta p̃cipua, nisi ad inanem gl'iam q̄rit: videlicet vt honorabilior cæteris esse videatur. Nam quia pro sua inani gloria vestimentum præciosius q̄ritur: res ipsa testat̃: qd' nemo vult ibi præciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri. Quā culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere: quia si abiectio vilis indumenti v̄tus non esset: euangelista vigilanter de Ioanne non diceret. Erat indutus pilis camelorum. Sed notandū magnopere est in ore veritatis de superbo diuite, & humili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce em̃ dr̃. Homo quidam erat diues & protinus subinfertur. Et erat quidam mendic⁹ nomine Lazarus. Certe in pp'lo solent magis nomina diuitū, q̄ pauperū sciri. Quid est ergo q̄ dñs de paupere & diuite verbum faciens, nomen pau-

Iudaic⁹ popul⁹ magna ex parte dānat⁹ ē

Ioan. v.g.

Testamēti noui p̃cepta sūt faciliora q̄ veteris.

Bōa ꝓpria nō largiēs dānari pōt

Vestes p̃ciosas ferre an sit peccatum.

Vestimēta p̃ciosa nemo nisi ad inanem gl'ā q̄rit

Diuitū nomina p'l⁹ solēt sciri q̄ pauper.

peris dicit & nomen diuitis non dicat, nisi q dñs humiles nouit: atq approbat: & superbos ignorat. Vnde & quibusdã de miraculorum v̄tute supbientibus in fine dicturus est: Nescio vos vnde sitis: discedite a me oẽs oparij iniquitatis. At cõtra Moysi dr̄. Noui te ex nomine. Ait ergo de diuite: homo qdã. Ait de paupere egeno, nomine Lazarus. Ac si aperte dicat. Paupem humilẽ scio, supbum diuitem nescio. Illum cognitũ per approbatiõem habeo, hũc per iudicium reprobatiõis ignoro. Pẽsandum est etiam nobis cõditor noster omnia q̃nta cõsideratione dispẽsat. Vna etem̃ res: non p vna re agit. Nam ecce vlceribus plenus mẽdicus Lazarus ãte ianuã diuitis iacet, quia de re vna dñs duo iudicia expleuit. Habuisset em̃ fortasse aliquam excusationẽ diues, si Lazarus pauper & vlcerosus ãte eius ianuam nõ iacuisset: si remot⁹ fuisset, si eius inopia nõ esset ocłis importuna. Rursus, si longe esset diues ab oculis vlcerosi pauperis, minorem tolerassetin animo tentatiõem pauper. Sed dum egenum & vlceratũ ante ianuam diuitis & delicijs affluẽtibus posuit in vnã eademq re & ex visione pauperis nõ miserẽti diuiti cumulum damnatiõis intulit: & rursum ex visione diuitis tẽtatum cotidie pauperem probauit.

Mat. viij. b
Exo. xxxiij.

Quãtas namq hunc egenum & vulneribus obsessum tentationes creditis in sua cogitatiõe tolerasse, cum ipse egeret pane, & nõ haberet etiã salutem, atq ante se diuitem cerneret salutem: & delitias habere cum voluptate: se dolore & frigore affici: illum gaudere conspiceret, bysso & purpura vestiri, se deprimi vulneribus: illum deflere acceptis rebus: se egere, illũ nolle largiri. Quãtus putamus frẽs charissimi, tunc in corde paupis tumultus tẽtationis fuit, cui certe ad pœnam sufficeret paupertas, etiam si sanus fuisset: rursus sufficisset egritudo etiam si subsidium adesset, Sed vt pbaret amplius paup: simul hunc & paupertas & ægritudo tabefecit, atq insuper videbat pcedentẽ diuitem obseq̃ntibus cuneis fulgere: & se in infirmitate & inopia a nullo visitari. Nam quia nemo ei ad visitãdum aderat, testant canes qui licenter vulnera lingebãt. Et vna ergo re omps deus, duo iudicia exhibuit, dum Lazarũ pauperem ãte ianuam diuitis iacere pmisit: vt & diues impius damnationis sibi augeret vltionem: & tẽtatus pauper cresceret ad remuneratiõem. Conspiciebat ille cotidie cui non misereret: videbat iste de q̃ pbaret. Duo inferius corda: sed vnus desuper inspector: qui hunc & tentãdo exercebat ad gl'iam, illũ tollerãdo expectabat ad pœnam. Nam sequit. Factum est autem vt Lazarus moreret, & portaret ab angelis in sinum Abraæ. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno. Qui nimirum diues eum cui in hac vita misereri noluit: in suo iam supplicio positus patronum q̃rit. Nam ecce subiungitur. Quia eleuans ocłos cum esset in tormentis: vidit Abraam a longe & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit. Pr̄ Abraam miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. O q̃nta est subtilitas iudiciorũ

Et vna re iudicia duo deus exhibuit.

diciorum dei:o q̃ȝ districte agitur bonorum actuum malorum retributio. Certe superius dictum est:quia Lazarus in hac vita cadentes micas de mensa diuitis q̃rebat,& nemo ei dabat:nunc de supplicio diuitis dr̄: quia de extremo digito Lazari distillari aquã in ore suo cõcupiscit.Hinc ergo hinc fr̄es colligite,q̃nta sit districtio seueritatis dei. Diues em̄ iste,qui vulnerato paupi mensę suę,vel minima dare noluit:in inferno positus,vsq3 ad minima q̃rēda peruenit.Nam & guttam aq̃ petijt,qui micas panis negauit.Sed notandum valde est,quid sit,q3 diues in ignē positus,linguã suam refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij,vt aliq̃n alid' dicat:& ex eodem dicto alid' innuat.Superius autem hunc superbum diuitem dñs nõ loq̃citati vacantē dixerat:sed superflue cõuiuantem:neq3 hunc de loq̃citate notauit,sed cum elatiõe & tenacia de edacitate peccasse.Sed quia abũdare in cõuiuijs loq̃citas solet:is qui hic male cõuiuatus dr̄,apd' infernum,grauius in lingua ardere perhibetur. Primo nãq3 male cõuiuantibus faml'at culpa loq̃citatis:post loq̃citatē ludēdi etiam leuitas sequit̄. Nam qd' edacitatem lusus seq̃tur,testat̄ sacra scriptura:q̃ ait.Sedit ppl's mãducare & bibere,& surrexerunt ludere.Sed priusq3 ad lusum moueat̄ corp⁹:ad iocos & v̓ba inania mouet̄ lingua.Quid ergo est, qd' innuit̄:quia in tormētis positus diues linguã suã refrigerari postulat,nisi q3 is,qui cõuiuando magis de loq̃citate peccauerat:per retributiõis iustiaam in lingua atrocius ardebat? Sed cum graui valde est pauore pēsandum hoc, qd' ei per Abrę respõsionē dr̄. Fili recordare,quia recepisti bõa in vita tua,Lazarus silr mala.Nunc autē cõsolat̄:tu v̓o cruciaris.Ista charissimi fr̄es sententia pauore potius indiget,q̃ȝ expositiõe.Nam si qui estis,qui in hoc mundo exterioris boni aliqd' accepistis:ip̄m (vt ita dicam) donum exterius pertimescere debetis,ne vobis ꝓ q̃rundam v̄rorum actuum recõpensatiõe sit datum:ne iudex, quæ hic dona exteriora restituit,a retributiõe intimi boni repellat:ne honor hic vel diuitię, nõ adiumētum v̓tutis,sed remuneratio sint laboris.Ecce em̄ dum dr̄,recipisti bona in vita tua:indicat̄ & diues iste boni aliquid habuisse,ex q̃ in hac vita bõa recepit.Rursumq3 dum de Lazaro dr̄, quia recepit mala,ꝑfecto mõstrat̄,& Lazarũ habuisse malum aliqd' qd' purgaret.Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ,& bona diuitis remunerauit fœlicitas transeuntis vitę.Illum paupertas afflixit & transit,istum abundantia remunerauit & repulit. Quicunq3 ergo bona in hoc sæclo habetis,cum vos bona egisse recolitis,valde de ipsis pertimescite,ne cõcessa vobis ꝓsperitas,eorundē remuneratio sit bonorum:& cum q̊slibet pauperes nõnulla reꝓhensibilia perpetrare cõspicitis,nolite despicere,nolite desperare:quia fortasse q̊s superfluitas tenuissimę prauitatis inq̃nat,cachinus paupertatis purgat. de vobis oĩno pertimescite,quia nonnulla etiã male acta ꝓspera vita secuta est,de illis v̓o solicite pensate,quia eorum vitam etiam magistra paupertas cruciat,q̊usq3 ad vitę rectitudinē perducat.Sequit̄. Et in his oĩbus inter nos

Actuũ bonoꝝ & maloꝝ retributio districtissime agitur.

Conuiuia sunt plena loq̃citatis.

Exo.xxxij.

Diues malus q̃re atrocius in lingua ardebat.

Bonũ si qd' a do habeamus pertimescamus.

Maloꝝ lazari & bonoꝝ diuitis q̃ sit remuneratio

Dānati an velint trāsire ad saluatos ⁊ econtra.

& vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt ad vos transire, non possint: neq̧ inde huc transmeare. Qua in re valde q̄rendū est, quō dr̄: hi qui volunt ad vos transire non possunt. Quia em̄ hi, qui in inferno sunt: ad btōrum sortem transire cupiant, dubium non est: qui v̄o iam in btitudinis sorte suscepti sunt: q̄ pacto dr̄: quia trāsire ad eos, qui in inferno cruciant̄: volunt? Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt, idest, a suppliciorū suorū afflictione migrare: ita ad afflictos atq̧ in tormentis positos, transire iustorū est mente ire per misericordiam, eosq̧ velle liberare. Sed qui volunt de btōrum sede ad afflictos, atq̧ in tormētis positos transire, non possunt: quia iustorum animæ q̄uis in suę naturæ bonitate misericordiam habeant: iā tunc autoris sui iusticiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringunt̄: vt nulla ad reprobos cōpassione moueant̄. Ipse quippe iudici concordant cui inhæret, & eis, q̄s eripere non possunt, nec ex misericordia condecendunt: qa tm̄ illos tūc a se videbunt extraneos: q̄ntum & ab eo, quē diligunt autore suo cōspiciūt repulsos. Nec iniusti ergo ad btōrum sortē transeunt: quia dānatione ꝑpetua constringunt̄: nec iusti ad reprobos transire possunt: quia electi iā ꝑ iusticiam iudicis: eis nullo modo ex aliq̄ cōpassione miserent̄. Sed postq̧ ardenti diuiti de se spes tollit̄: eius animus ad ꝓpinq̄s, q̄s reliq̄rat, recurrit. quia reproborum mentē pœna sua qn̄q̧ inutiliter erudit ad charitatē: vt iā tunc etiam suos spūal'r diligant, qui hic dum pc̄tā diligerent, nec se amabant. Vnde nūc subdit̄. Rogo ergo te pr̄, vt mittas eum in domū pr̄is mei: habeo em̄ q̄nq̧ fr̄es, vt testet̄ illis, ne & ipsi veniant in hūc locū tormentorum. Qua in re notandū est ardenti diuiti q̄nta ad supplicium cumulant̄. Ad pœnam nāq̧ suam ei, & cognitio seruat̄, & memoria: cognoscit em̄ Lazarū, quē despexit: fratruū q̄q̧ suorum meminit, q̄s reliq̄t. Perfecta quippe ei vltio de pauꝑe nō esset, si hunc in retributionē non recognosceret: & perfecta pœna in igne nō esset, si non hoc, qd' ipse patit̄, etiam suis timeret. Vt ergo pc̄tōres in supplicio amplius puniant̄: & eorum vident glīam, q̄s cōtempserunt: & de illorū etiā pœna torq̄ntur, q̄s inutiliter amauerunt. Credēdum v̄o est, ꝙ āte retributionem extremi iudicij iniusti in requie q̄sdam iustos aspiciunt, vt eos videntes in gaudio: non solum de suo supplicio, sed etiā de illorū bono crucient̄. Iusti v̄o in tormētis semꝑ intuent̄ in iustos: vt hinc eorū gaudiū crescat, quia malum cōspiciunt: qd' misericorditer euaserūt: tātoq̧ maiores creatori suo grās referunt, q̄nto vident in alijs, qd' perpeti, si essent derelicti, potuerunt. Nec illūtantę btitudinis charitatē apd' iustorū animū fuscat aspecta pœna reproboꝝ: quia vbi iā cōpassio miserię nō erit: minuere ꝓculdubio btōrū lęticiā nō valebit. Quid aūt mirū si dū iusti iniustorū tormēta cōspiciunt: hoc illis cueniat in obsequiū gaudiorū: qn̄ & in pictura niger color substernit̄: vt alb⁹ vł rubeus clarior videatur? Sicut dictū est: tāto bonis gaudia sua excrescūt, q̄to eorum oclis damnatorū mala subteriacent: q̄ euaserunt. Et q̄uis eis sua gau

Dānati q̄n ꝙ vidēt saluatos i augmētū supplicij

Iusti iniustorū tormēta conspicere possunt.

dia ad pfruendum plene sufficiant:mala tñ reproborum absq; dubio semp aspiciunt:quia,qui creatoris sui claritatẽ vidẽt/nihil in creatura agit:qđ vide re nõ possint.Petenti aũt diuiti vt Lazar⁹ mittat/ab Abraã ptin⁹ rñdetur. Habẽt Moysen & pphetas,audiãt illos. Sed qui dei v̾ba despexerat:hec audi re nõ posse,suos seq̃ces ęstimabat.Vñ & rñdit dicẽs.Non pr̄ mi,sed si qs ad eos ex mortuis ierit:credẽt Cui mox v̾aci sentẽcia dr̄.Si Moysen & pphe tas nõ audiunt:neq; si quis ex mortuis resurrexerit,credẽt ei,quia nimirum q v̾ba legis despiciunt:Redẽptoris p̃cepta qui ex mortuis resurrexit/q̃to sub tiliora sunt,tãto hęc difficili⁹ implebunt.Minus est em̃ quicquid p legẽ dr̄/q̃ hoc,qđ p dñm iubet.Illa em̃ dari decimas p̃cipit:Redẽptor v̾o nr̄ ab his,q perfectionẽ sequunt omĩa dimitti iubet.Illa pctã carnis resecat:Redẽptor v̾o nr̄ cogitatiões etiã illicitas dãnat.Si ergo Moysen & pphetas nõ audiũt:neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent ei: quia hi,qui viliora p̃cepta implere, negligũt Saluatoris nr̄i mãdatis altiorib⁹ obedire qñ cõualescũt. Et nimirũ cõstat:quia cui⁹ implere dicta renuũt/ei pculdubio credere recusant.Hęc nos de ipsa rei gestę cõsideratiõe dixisse sufficiat.Sed vos fr̄es charissimi & reqem Lazari,& pœnã diuitis cognoscẽtes, sollerter agite:culparũ v̾rarũ intercesso res q̃rite,atq; ad aduocatos vobis in die iudicij pauperes pcurate.Mltos em̃ nunc Lazaros habetis & ante ianuas v̾ras iacent,atq; his indigent,q̃ vobis iam satiatis cotidie de mensa cadunt.Verba sacrę lcõnis debẽt nos instruere ad implenda mandata pietatis.Cotidie Lazarum si q̃rim⁹,inuenim⁹:cotidie Lazarum si non q̃rimus,cernimus.Ecce importune se pauperes offerunt:ro gant nos,qui tunc nobis intercessores venient.Certe nos oĩno rogare debui mus:tñ & rogamur.Videte si negare debemus,qđ petimur:qñ patrõi sunt qui petunt.Nolite ergo misericordię tp̃a perdere:nolite accepta remedia dissi mulare. Ante suppliciũ rogate de supplicio.Cum q̃slibet in hoc mundo ab iectos aspicitis,etiam si q̃ rep̄hensibilia eorum esse videantur/nolite despice re:quia fortasse q̃s morum infirmitas vulnerat,medicina paupertatis curat. Quorum si q̃ sunt talia,q̃ debeant iure rep̄hendi:hęc si vultis ad vsum v̾rę mercedis inflectitis:vt ex ip̃is eorum vitijs cumulentur vobis incremẽta pie tatis:q̃tenus panem pariter detis,& v̾bum:panem refectiouis cum v̾bo cor reptionis:& duo a vobis alimenta percipiat/qui vnum quærebat,dum ex terius cibo/& interius satiatur eloquio.Pauper ergo cum rep̄hensibilis cerni tur:moneri debet,& despici non debet.Si v̾o rep̄hensionis nil habet/vene rari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus:q̃s cuius sint meriti/nescimus.Omnes ergo venerandi sunt:tantoq; necesse est vt om nibus te humiliare debeas:q̃to quis sis ipse ignoras. Rem fr̄es refero,quam bene is,qui p̄sẽto est frater,& compsbyter meus speciosus nouit.Eodem tem pore q̃ monasterium petij,anus q̃dam Redempta nomine/in sanctimoniali habitu constituta in vrbe hac iuxta Marię semper v̾ginis eccl̃iam manebat.

Pręcepta redẽptoris sũt subtilio ra p̃ceptis legis.

Hec illius hirundinis discipla fuerat: q̄ magnis v̄tutibus pollens super p̄nestinos mōtes vitā eremiticā duxisse ferebat. Huic due in eodē habitu discipl'e adherebāt: vna nomine romula, & altera q̄ nūc adhuc superest, quā quidem facie scio sed nomine nescio. Tres itaq; he in vno habitacl'o cōmorātes: morum quidē diuitijs plenā: sed tñ rebus pauperē vitā ducebāt. Hec aūt quā p̄fatus sum, romula aliā, quā p̄dixi condiscipl'am suā magis vite meritis anteibat. Erat quippe mire patiētie, summe obediētie, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad cōtinue orōnis vsum. Sed plerumq; hi, q̄s iā perfectos homines estimāt, adhuc in ocl'is summi opificis aliquid imperfectionis hñt: sicut sepe imperiti homines necdum p̄fecte sculpta sigilla cōspicimus: & iā q̄si perfecta laudamus: q̄ adhuc artifex cōsiderat & limat, laudare iā audit, & tñ ea tundere meliorādo nō desinit. Hec quā p̄diximus romula, ea quā greco vocabulo paralysim medici vocāt molestia corporali percussa est: m'ltisq; ānis in lectulo decubās, pene oīm iacebat mēbrorum officio destituta: nec tñ hec eadē: eius mentē ad impatientiā flagella perduxerāt. Nā ipsa ei detrimēta mēbrorum facta fuerāt incremēta v̄tutum: quia tāto solicitius ad vsum orōnis excreuerat: q̄nto & aliđ qđlibet agere nequaq; valebat. Nocte igit̄ q̄dā eandem Redēptā, quā p̄fatus sum (q̄ vtrasq; discipl'as suas filiarū loco nutrierat) vocauit dicēs. Mr̄ veni, mr̄ veni. Que mox cum alia eius cōdiscipla surrexit: sicut vtrisq; referētibus & m'ltis res eadē claruit, & ego q̄q; in eodem tp̄e audiui. Cūq; noctis medio lectulo iacētis assisterēt, subito celitus lux emissa, omne illius cellule spacium impleuit: & splēdor tāte claritatis emicuit: vt corda assistētium inestimabili pauore perstringerēt, atq; (vt post ipse referebāt) omne in eius corpus obrigesceret, & in stupore subito remanerent. Cœpit nāq; q̄si cuiusdā magne m'ltitudinis ingrediētis sonitus audiri, ostiū cellulæ cōcuti, ac si ingrediētium turba p̄meret: atq; (vt dicebāt) intrātium m'ltitudinem sentiebāt, sed nimietate timoris & luminis nil videre poterāt: quia earū ocl'os & pauor dep̄sserat, & ipsa tāti luminis claritas reuerberabat. Quā lucē p̄tinus miri odoris est fragrantia subsecuta: ita vt earum animum, quia lux emissa terruerat odoris suauitas refoueret. Sed cum vim claritatis illius ferre nō possent: cepit eadē Romula assistentē & trementē Redemptā suorū morū magistrā blanda voce cōsolari, dicens. Noli timere mr̄: non morior modo. Cunq; hoc crebro diceret: paulatim lux q̄ fuerat emissa subtracta est: sed is qui subsecutus est odor remāsit: sicq; dies scđs & tertius transijt, vt asp̄sa fragrantia odoris remaneret. Nocte igit̄ q̄rta eandem magistram suā vocauit, q̄ veniente viaticum petijt & accepit. Necdum v̄o eadem Redēpta, vel alia eius discipula a lectulo iacentis discesserat: & ecce subito in platea ante cellulæ eiusdē ostium duo chori psallētium cōstiterunt, & (sicut dicebāt) sexus ex vocibus discreuisse: psalmodie cātus dicebāt viri, & fœmine rñdebāt. Cunq; āte fores cellulæ exhiberentur cœlestes exequiæ sctā illa anima carne soluta est.

Qua ad cælum ducta: q̃nto chori psallentium altius ascẽdebant: tãto cœpit psalmodia leuius audiri: quúsq; & eiusdem psalmodiæ sonitus. & odoris suauitas elongata finiret. Hæc igit̃ q̃diu vixerat in corpe: quis illã haberet in honore? Indigna cunctis hoĩbus & despecta videbat̃. Quis em̃ ad illã accedere, quis illam videre dignaretur? Sed latebat in sterquilino margarita Dei. Sterquilinium fr̃es hãc ipsam corruptibilitatem corpis appello: sterquiliniũ abiectiõem pauptatis nomino. Assumpta est ergo margarita q̃ iacebat in sterquilinio, & posita est in cælestis regni ornamẽto. Iam inter supnos ciues emicat: iam inter ignitos illos lapides æterni diadematis coruscat. O vos q in hoc mundo vos diuites esse creditis, aut estis, cõferte si potestis falsas ṽras diuitias veris diuitijs Romulæ. Vos in hui⁹ mũdi via omnia amissuri possidetis, illa nil q̃siuit in itinere: & omnia inuenit in puentione. Vos lætam vitã ducitis, tristem mortem timetis, illa tristem vitã pertulit, ad lætam mortem peruenit. Vos ad tempus q̃ritis obsequia hominum: illa despecta ab hoĩbus, inuenit socios choros angelorum. Discite ergo fr̃es temporalia cũcta despicere, discite honorem temporalem cõtemnere, æternam gl̃iam amare. Honorate, q̃s pauperes cernitis: & q̃s foris cõspicitis despectos scl̃i, int⁹ arbitramini amicos dei. Cum his participamini, qđ habetis: vt q̃nq; dignent̃ vobiscum participare, qđ h̃nt. Pensate qđ ore magistri gẽtium dr̃. In hoc tẽpore ṽra abundãtia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundãtia ṽræ inopiæ sit supplemẽtum. Pensate q̃ ipsa per se veritas dicit. Quãdiu fecistis vni de his fratris meis minimis, mihi fecistis. Ad tribuẽdum ergo pigri cur estis? q̃n hoc qđ iacenti in terra porrigitis: sedenti in cælo datis. Sed hæc om̃s deus qui per me in ṽris auribus loquit̃, per se in ṽris mentibus loq̃tur. Qui viuit & regnat. &c.

ij. cor. viij.

mat. xxv.

¶ Segmentum ex euangelio Lucæ cap̃. xiiij. lr̃a. D. quod canitur dñica secunda post Trinitatem. Historia facta est anno Christi. xxxij. v. kalendas Octob.

IN illo tẽpore: Dixit dñs Iesus discipulis suis similitudinem hanc. Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis: vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit. Iuga boum emi q̃nq;, & eo ꝓbare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reliqua.

¶ Homilia Gregorij papę de eadem lectione. Habita ad populum in basilica beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi. Dñica secunda post Trinitatem.

Corpis et cordis delicie plurimuz int ee dñr.

Hoc distare frēs charissimi inter delicias corpis & cordis solet, q corpales deliciæ cū non habent: graue in se desyderiū accendūt: cum vero habitę edunt, comedentē ptinus in fastidiū per sacietatē vtunt. At cōtra spiritales delicię cū nō habent, in fastidio sunt: cū vo habent, in desyderio: tātoq; a cōdente āplius esuriūt, q̄nto ab esuriente āplius comedunt. In illis appetitus placet, expientia displicet: in istis appetitus vilis est: experiencia magis placet. In illis appetitus saturitatē, saturitas fastidiū generat: in istis appetitus saturitatē, saturitas appetitū, parit. Augent em̄ spiritales deliciæ desyderiū in mente, dū satiāt: quia q̄nto magis earū sapor percipitur, eo āplius cognoscit, qd auidius amet. Et idcirco nō habitæ, amari non possunt: qa earū sapor ignorat. Quis em̄ amare valeat, qd ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicēs. Gustate, & videte, qm̄ suauis est dñs. Ac si apte dicat. Suauitatē eius nō cognoscitis, si hāc minime gustatis: sed cibū vitę ex palato cordis tāgite: vt pbātes eius dulcedinē, amare valeatis. Has autē homo delicias tūc amisit: cū in paradiso peccauit. Extractus em̄ a cibo ęternę dulcedinis os clausit. Vnde nos q̄q; nati in huius pegrinationis erūna: huc fastidiosi iā veniētes, nescimus qd desyderare debemus. tantoq; āplius fastidij nostri morbus exaggerat: q̄nto se magis ab esu illius dulcedinis animus elōgat: & eo iam terrenas delicias nō appetit, q̄ eas comedere diu longeq; dissueuit. Fastidio ergo nr̄o tabescimus: & lōga inediæ peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratā dulcedinē: amamus foris miseri famē nr̄am. Sed supna nos pietas nec se deserētes deserit. Contēptas em̄ illas delicias ad memorię nr̄æ oclos reuocat, easq; nobis pponit: in pmissione torporē excutit: atq; vt fastidiū nr̄m repellere debeamus: inuitat. Ait nāq;. Homo quidā fecit cœnā magnā, & vocauit mltos. Quis iste homo est, nisi ille de q̄ p pphetam loqtur? Et homo est: & quis cognouit eū? q facit cœnā magnā: quia satietatē nobis dulcedinis internę pparauit. Qui vocauit mltos, sed pauci veniunt: quia nōnunq̄; ipsi, qui ei per fidē subiecti sunt: ęterno ei9 cōuiuio male viuēdo cōtradicūt. Misit aūt seruū suū hora cœnę dicere inuitatis, vt venirent. Quid hora cœnæ, nisi finis est mūdi? In q̄ nimirū nos sumus (sicut iā dudū Paulus testat, dicēs) In q̄s fines sclorū deuenerūt. Si ergo hora cœnę iā est cū vocamur: tāto magis nō debemus excusare a cōuiuio dei, q̄nto appropinq̄sse iā cernimus finē scli. Quo em̄ pēsamus, qa nihil est, qd restat: eo debemus ptimescere, ne tp̄s grę (qd p̄sto est) pereat. Idcirco aūt hoc cōuiuium

Marginalia: Ps. xxxiij. — Mlti sūt q̄ nesciūt qd desiderare debeant. — Ezech. viij — Cenā magnaz fecit dñs. — j. Cor. x. c.

Dei non prandiũ,sed cœna nominat̃:quia post prandium cœna restat: post cœnã ṽo conuiuiũ nullũ restat.Et qa ęternũ dei conuiuiũ nobis in extremo pparabit̃:rectũ fuit,vt hoc nõ prãdiũ,sed cœna vocaret̃. Sed qs p hũc seruũ, qui a prẽfamilias ad inuitãdũ mittit̃,nisi pdicatorũ ordo signatur? De q̃ videlicet ordine q̃uis adhuc indigni existimus;q̃uis pctõrũ nr̃orũ põderibus grauamur:& nos tñ in istis diebus sumus:& cũ ad ędificationẽ vr̃am vobis aliquid loq̃r,hoc est qđ ago.Seruus em̃ sum summi prĩfamilias:cũ vos admoneo ad contẽptum scl̃i:inuitare vos venio ad cœnã dei.Nemo me ,ppter me hoc in loco despiciat.Et si ad inuitãdum nequaq̃ dignus appareo,sed tñ magnę sunt delicię,q̃s ,pmitto.Sępe solet fr̃es mei euenire,qđ dico, vt psona potẽs famulũ habeat despectũ,cũq̃ per eũ suis forte vl̃ extraneis aliqđ respõsum mãdat:nõ despicit̃ persona loq̃ntis serui:quia seruat̃ in corde reuerentia mittẽtis dñi:nec pẽsant qui audiunt per quẽ,sed quid vel a q̃ audiãt.Ita ergo fr̃es,ita vos agite.& si nos forsitã digne despicitis,in mente tñ vr̃a vocantis dñi reuerentiã seruare.Cõuiuę fieri summi prĩfamilias libẽter obedite:corda vr̃a discutite:atq̃ ex eis mortale fastidiũ pellite.Ad repellẽdum nãq̃ fastidiũ vr̃m iã parata sunt om̃ia.Sed si adhuc carnales estis,fortasse epulas carnales inquiritis.Ecce ipsę carnales epulę,in spũale vobis alimentum cõuersæ sunt. Ad abstergẽdum nãq̃ mẽtis vr̃ę fastidium in cœna dei:ille vobis singl̃aris agnus occisus est.Sed quid agimus qa hoc,qđ subiungit̃:adhuc fieri a mltis videmus? Et ceperunt omnes simul excusare. Offert deus,quod rogari debuit:nõ rogatus dare vult,qđ vix sperari poterat:quia dignaretur largiri postulatus.Contẽptoribus ṽo paratas delicias refectiõis ęternę denunciat:& tamẽ simul oẽs excusant.Ponamus ante ocl̃os mẽtis,minima vt possimus digne pẽsare maiora.Si quisq̃ potẽs ad inuitãdum quempiã pauperẽ mitteret:quid fr̃es rogo,quid pauper ille faceret,nisi de eadẽ sua inuitatione gauderet? respõsum humilẽ redderet? vestem mutaret? ire q̃totius festinaret:ne prior se ad potẽtis cõuiuiũ alter occurreret?Homo ergo diues inuitat:& pauper occurrere festinat.Ad dei inuitamur conuiuium:& excusamus.Sed ecce hęc ęstimare possum quid sibi corda vr̃a respõdeãt.Occl̃tis em̃ fortasse sibimet cogitatiõibus dicunt.Excusare nolumus.Ad illđ em̃ supernę refectiõis cõuiuium,& vocari,& peruenire gratulamur.Loq̃ntes vobis talia: mentes vr̃æ verum dicunt:si nõ plus terrena q̃ cælestia diligunt,si non ãplius rebus corporalibus q̃ spũalibus occupant̃. Vnde hic q̃q̃ ipsa excusantum causa subiungit̃:cum ,ptinus subinfert̃. Primus dixit,villã emi, & necesse habeo exire videre illã:rogo te,habe me excusatum. Quid per villam,nisi terrena substãtia designatur? Exit ergo videre villã:qui sola exteriora cogitat ,ppter substãtiam. Alter dixit.Iuga boum emi quinq̃,& eo ,pbare illa: rogo te, habe me excusatum. Quid in qnq̃ iugis boũ,nisi quinq̃ sensus corporis accipimus?Qui recte q̃q̃ iuga boũ vocati sunt:qa in vtroq̃ sex geminant̃.

Cœna fctã nullũ restat conuiuiũ.

Despectũ nũcij ṽba nõ ,ppt̃ ip̃z s̃z ,ppt̃ reuerẽtiã mittẽtis non despiciũt̃.

Villa terrenã substantiam sig̃t.

Boũ qnq̃ iuga qnq̃ sensus rep̃sentant̃.

Qui videlicet corpales sensus: qa interna cōphēdere nesciūt, sed sola exteriora cognoscūt: & deserētes intima ea: q̄ extra sunt tāgūt: recte p eos curiositas designat: q̄ dum alienā vitam q̄rit discutere: semp sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Graue nāq; est curiositatis vitium: q̄ dum cuiuslibet mētē ad inuestigādam vitā ꝓximi exterius duxit, semp ei sua intima abscondit: vt aliena sciēs, se nesciat: & curiosi anim⁹ q̄nto peritus fuerit alieni meriti, tāto fiet ignarus sui. Propter hoc nāq; & de his qnq; iugis boum dr̄: eo ꝓbare illa, rogo te, habe me excusatum. Ipsa em̄ excusantis v̄ba a vitij sui significatiōe nō discrepauit: dum dicit: eo ꝓbare illa: qa videlicet aliqñ ptinere ꝓbatio ad curiositatem solet. Sed notādum, q̄ is qui ꝓpter villā, & is q̄ ꝓpt ꝓbāda iuga boum a cœna sui inuitatoris se excusat, hūilitatis v̄ba pmiscet, dicēs. Rogo te, habe me excusatum. Dum em̄ dicit rogo: & tñ uenire cōtemnit: humilitas sonat in voce, supbia in actiōe. Et ecce dijudicat praua quisq; cum audit, nec tñ ea, q̄ dijudicat, agere desistit. Nam dū cuilibet puerse agēti dicimus, cōuertere, deum seq̄re, mūdum relinq̄: vbi hūc nisi ad dn̄icā cœnam vocamus? Sed cum respōdet, ora ꝑ me, quia peccator sum, hoc facere nō possum: quid alid' agit, nisi rogat & excusat? Dicens, nāq; peccator sum, humilitatē insinuat: subiūgens aūt cōuerti nō possum, supbiam demōstrat. Rogādo ergo excusat: qui & humilitatē superducit in voce, & supbiā exercet in actiōe. Alius autem dixit. Vxorem duxi, & ideo nō possum venire.

Coniugium bonū est.

Quid p vxorem, nisi voluptas carnis accipitur? Nam q̄uis bonū sit coniugium: atq; ad ꝓpagādam sobolem diuina ꝓuidētia cōstitutum: nōnulli tñ nō per hoc fœcunditatem ꝓlis, sed desyderia expetūt voluptatis: & idcirco p rem istam significari pōt, nō incōgrue res iniustas. Ad cœnam ergo nos eterni cōuiuij summus pr̄familias inuitat: sed dum alius auariciæ, alius curiositati, alius voluptati carnis, est deditus, nimirum reprobi simul oēs excusant. Dum hūc terrena cura occupat, illū alieni actus sagax cogitatio deuastat: alterius etiā mentē voluptas carnis inquinat, fastidiosus quisq; ad æternæ vitę epulas nō festinat. Sequit. Reuersus seruus nūciauit hæc dn̄o suo. Tūc iratus pr̄familias, dixit seruo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Ecce qui terrenę substātię plus iusto incubat, venire ad dn̄icam cœnā recusat: qui labori curiositatis insudat, p̄parata vitæ alimētā fastidit: qui carnalib⁹ desyderijs inseruit, spūalis cōuiuij epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuūt, pauperes eligunt. Cur hoc? Quia iuxta Pauli vocem. Infirma mūdi eligit deus: vt cōfundat fortia. Sed notādum nobis est, quō describant, qui ad cœnam vocant, & veniūt. Pauperes & debiles dn̄r: qui iudicio suo apd' semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes q̄si fortes sunt: qui & positi in paupertate superbiūt. Cæci v̄o sunt, qui nullum ingenij lumē hn̄t. Claudi q̄q; sunt: qui rectos gressus in operatione non hn̄t. Sed dū morū vicia in mēbrorū debilitate signant: ꝑfecto liq̄t: quia

Auaricia curiositas & voluptas puāt hoīes a cęna dn̄i.

j. cor. j. d.

paupes & debiles q̄ dn̄r.

